


Nh. 2.

ANTIQUITATES SYMBOLICAE

QVIBVS ELLENTISSIMO

SYMBOLI APOSTOLICI

HISTORIA



AVCTORE

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

SERENISS. SAXO-VIN. ET ISENAC. CONSILIA-
RIO AVLICO, ELOQVENT. ET POES. PROF. PVEL.
ORD. IN ACADEMIA IENENSI

IENAE

SUMTIB. CHRIST. FRID. GOLLNER

CICICCLXXII

ANTIQUITATIS
ZIMBOLICAE

641848

SYMBOLI APOSTOLICI

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

VIRO

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

ACHATIO LVDOV.

CAROL. SCHMIDIO

SERENISSIMAE DVCI SAXO-VINARIEN-

SI ET ISENACENSI IN CONSILIIS

INTIMIS ADSISTENTI

FAVTORI SVO

MAXIMOPERE COLENDO

AIRIO

PERILLWASTRI ALOYSI EXCELENTISSIMO

ACHATIO LADOA

CAROL SCHMIDIO

SIRUNISSIMAR DUCISAO VINCITUR

EI ET ISINCIENSI IN CONSITUS

INTIMIS VESTIMENTIS

EVATORI SAVO

MAXIMOPHER COTINNO

VIR
PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME
FAVTOR
SVMMOPERE COLENDE



QVOD perillustre no-
men TVVVM huic li-
bello praefixi, hoc
ideo feci, vt publicum aliquod sum-
mae meae, qua TE, VIR PERILLV-

STRIS colo, obseruantiae gratique
animi exstaret monumentum. Nolo
in laudes TVAS, quae sane magnae
sunt, iam excurrere, qui pro singu-
lari TVA modestia semper TE par-
cissimum TVORVM meritorum aesti-
matorem cognoui. Hoc tamen pu-
blice declarare TIBI ac confiteri,
mibi liceat, qui pluris faciat raras
TVAS virtutes, qui magis praecla-
rum TVVM et nunquam satis laudan-

dum

dum de musis nostris deque vniuersa
bac academia bene merendi stu-
dium aestimat ac colat, praeter
me habere TE neminem. Accipe,
ut soles, benigne hunc libellum, mei
TIBI deuinatissimi animi interpre-
tem, hocque de me TIBI persuade,
ut vel ullum studii officiique in TE
genus in me unquam desideretur,
me haud passurum, sed potius in
eo semper elaboraturum esse, ut me

*TVI honoris studiosissimum TIBIQUE
addictissimum in dies magis expe-
riare. Dabam Ienae, d. id. april.*

CICICCLXXII.

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSLMI

NOMINIS TVI

cultor obseruantissimus

I. E. I. WALCHIVS



P R A E F A T I O

LIBELLO hoc aliquot com-
mentatiunculas iunctim
TIBI, LECTOR BENE-
VOLE, offero, separa-
tim a me antea editas, quibus non-
nulla historiae symboli apostolici ca-
pita

OMNIA

PRAEFATIO

pita illustrare studui. Occasionem
scribendi dedit pium viri perillustris
atque excellentissimi, NICOLAI CHRI-
STOPHORI *liberi baronis DE LYN-*
CKER institutum, quo memoriam au-
gustanae confessionis quotannis in hac
academia sollemni oratione celebrari,
hocque diuinum sacrorum emendatio-
nis beneficium debitum efferri laudi-
bus voluit. Scripsit idcirco immor-
tal is LYNCKERVS testamento suo
haud modicam pecuniae summam,
cuius usura bonae et praeclarae in-
dolis iuuenibus cederet, cum ad pro-
sequenda in hac academia litterarum
studia, tum ut is, qui hoc fruatur
beneficio, statu die in academie aede
Paullina orationem haberet inque hac
augustanae confessionis seu potius di-
uini per istam in nos collati beneficii
memo-

PRAEFATIO

memoriam posteris commendaret. His orationibus more consuero sollemnisi ad eas audiendas praemitti solet in uitatio, quam quum ego pro mun eris mihi demandati ratione scribere, et, ut consuetudo fert, huic aliqua praefari debui, argumentum ab ipsa rei occasione ducendum esse ratus, quaestionem excussum, vnde factum sit, ut formulis ac professionibus fidei christianorum *symboli* nomen antiqua aetate tribueretur.

ORATIONES ipsae litterarum typis
solent describi. Honoris igitur et
bonae memoriae caussa, cuius quae libet argumenti fuerit, et a quo ha bita sit, breuiter hic commemorabo.
Primus surrexit vir clarissimus ac do
ctissimus ERDMVNDVS SIGISMVND.

BASCHI-

PRAEFATIO

BASCHIVS, cum liberalium in hac
academia artium magister, postmo-
dum sacrae Vinariensium aedis, quae a
Petro et Paullo nomen dicit, primus,
isque meritissimus diaconus. Dixit
pro concione *de doctrinis, quae in sym-
bolo apostolico desiderantur, in augustana
confessione obuiis.* *) Eum excepérunt
nobilissimus IO. CHRISTOPH. GVI-
LIELMVS STOCKIVS et anno se-
quenti clarissimus M. IOAN. CASPAR.
GEORG. MARGGRAVIVS, iam scho-
lae, quae hic est, oppidanae conre-
ctor praeclare meritus, ille oratione
sua **) *de MELANCHTHONIS in au-
gustanam confessionem animo, hic de do-
ctrinarum, quas augustana confessio de-*
fendit

*) oratio haec in Iu- **) quae prodiit Ie-
cem prodiit, Ienae, nae, CIO IO CC LX
CICICCLX. 4. IIII. 4.

PRAEFATIO

fendit, efficacia supernaturali *) est commentatus. Successit deinde nobilissimus IOANNES GOTTFR. MARTINVS ZEISSINGIYS, reuerendi ordinis sacri candidatus, orationemque *de articulis Torgensibus* **) habuit. Quinta denique et sexta oratio virum amplissimum ac maxime reuerendum M. IOANNEM GVILIELMVM SCHMIDIVM, ordini philosophorum Ienen-sium adscriptum, et militum huius vrbis praefidariorum sacra admini-strantem, habuit auctorem. Vtraque oratione dignitatem atque splendorem augustanae confessionis externum, ex compariatione cum reliquis confessionibus adpa-rentem, egregie monstrauit ***).

TV

*) ibid. cīcīcc LXX. 4. ***) altera oratio cīcīcc LXX. altera cīcīcc

**) data ea in lucem cīcīcc LXVII. 4. littera-est, cīcīcc LXVII. 4. rum typis descripta est.

PRAEFATIO

TV vero, LECTOR BENEVOLE,
vale et vtere felix, si libet, his no-
stris laboribus. Ienae, d. vi. aprilis,

CICCCCLXXII.



I.

I
DE
**SYMBOLIS VETERVM
SACRIS**

I.



SYMBIOTIS ALTELLA
SAGRA



etiam in aliis quibus, regnante subindeponi-
ta confusione plena ex m. p. f. p.
et oris et cetera cetera nostra exinde non solum
est ad hoc. Hoc enim fidem credere omnium
spiritum etiamque non minus etiamque
confusione plena ex m. p. f. p.
et oris et cetera cetera nostra exinde non solum
est ad hoc. Hoc enim fidem credere omnium
spiritum etiamque non minus etiamque
confusione plena ex m. p. f. p.
et oris et cetera cetera nostra exinde non solum
est ad hoc. Hoc enim fidem credere omnium
spiritum etiamque non minus etiamque
confusione plena ex m. p. f. p.

§. I.

EAS doctrinae religionisque
confessiones, quibus coetus,
sacrorum causa instituti, dis-
cerni a se inuicem solent,
symbolorum nomen antiqua iam aetate ha-
buisse et adhuc habere, nemini facile potest
esse incognitum. Hoc tamen aliquam vi-
detur habere dubitationem, vnde ipsa huius
adpellationis ratio et causa sit repetenda et
qui factum sit, ut praecipua de rebus diui-
nis



nis doctrinae capita, quibus in ipso fidei salutisque aeternae negotio mortales dissentiant, *symbola* dicerentur. Nolumus in praesenti diuersas ea de re doctorum viorum sententias commemorare; a) aut, quod quaevis earum prae se habeat veritatis et probabilitatis pondus, diligentius excutere; si quid tamen in re dubia statuendum est, nisi nos omnes rationes fallunt, a vero minime aberrare nobis sunt visi, qui ex sacris profanarum gentium antiquitatibus primarium vocabuli huius in ciuitate christiana usum deriuandum esse, arbitrantur. Apud antiquas, a vero summi numinis cultu alienas, gentes quanquam non vna, deos collendi, erat ratio; nulla tamen propemodum extitit, cui non communis quidam sacrorum usus fuerit proprius, quem amplecti: cui addicere se solerent, qui eius ciuitatis erant; aut prouinciae, et ad ipsam gentem vole-

- a) conseruantur: BAL- TRVS ZORNIUS opuscu-
THAS. BEBELIUS an. lis sacris, p. 156. sq. 10.
ecclesiasticis sec. III. art. FRANC- BVDDEVS ifa-
II. sect. 2. p642. et sec. gog. ad theologiam univer-
III. artic. III. p. 855. STEPHANVS LE MOY- sim libr. II. cap. 2. §. I.
NE notis ad varia sacra p. 394. et ven. pater
p. 325. IO. CHRISTOPH. introduce. in libros ecclesiae
WOLFIUS notis ad Ca- Lutheranae Symbolicos, p.
sauboniana, p. 319. PE- 4. sq.

❀ ❀ ❀

volebant referri. At vero exstitere simul praeter illa patria omnibusque communia sacra singulares sodalitates, in deorum honorem et ob cultum eorum institutae, quarum triplex potissimum genus hoc loco commemorabimus, missis reliquis, quae ad nostrum institutum ipsamque rem, quam disputamus, minus pertinere videntur.

II.

AC primum quidem eiusmodi sodalitatum genus in profanarum gentium, maxime graecorum et romanorum, mysteriis licet reperire, siue in occultis et arcanis illis sacris, qualia Cereris Eleusinia, illa porro Bacchi, Mithrae, et matris deum, itemque deorum Cabirorum aliorumque fuere. De his satis superque notum est et exploratum, ad ea nemini; nisi initiatis, quorum singularis et a reliquis ciuibus separatus quasi coetus fuit, aditum patuisse, ceteris omnibus, cuiuscunque ordinis fuerint; aut conditionis, exclusis b). Alterum harum sodalitatum genus

b) de romanorum, qui legantur: IO. HENR. EGGEILINGIVS in *mysteriis Cereris et Bacchi, tom. VII. thes. ant. graecarum lent, mysteriis, digni sunt, GRONOVII, p. 57. 10.*



genus ad ea sacra spectat, ad quae celebra-
nda duae pluresue vnius prouinciae vrbes so-
ciare se et numinis tutelaris; vel patrii co-
lendi caussa certo anni tempore conuenire,
ac propter eadem sacra coetum quasi singu-
larem referre solebant, nemine admisso; nisi
qui esset ex vna earum ciuitatum, quae sa-
crum eiusmodi foedus inter se inierant. Te-
stimonio sunt *olympia* sacra apud graecos,
quibus nemini licebat interesse; nisi qui
graecus esset gente c): *panonia* porro illa,
a solis

- | | |
|--|---|
| MEVRSIUS in <i>Eleusiniis</i>
<i>tom.</i> eod. p. 109. HEN-
NING. <i>FORELIVS de my-</i>
<i>steriis Eleusiniis</i> , Vpsal.
<i>CIDIOCCVII. 8. NICOL.</i>
<i>CALLIACHIVS de sacris</i>
<i>Eleusiniis</i> , <i>tom. IIII. sup-</i>
<i>pl. rhes. ant. graec. et rom.</i>
<i>a 10. POLENO editi</i> , p.
<i>317.</i> IOANNES SALE-
NIVS de orgiis Bacchi, Hol-
miae , <i>CIDOCCLXXXVI.</i>
<i>8. TOBIAS GUTHBER-</i>
<i>LETVS diff. de mysteriis</i>
<i>deorum Cabirorum</i> , <i>tom.</i>
<i>II. laudati supplement.</i> PO-
LENIANI , aliisque. His
adiungantur: ANT. VAN
DALE diff. ant. et marm.
<i>illustrant. cap. VII. p. 506.</i> | BULLIALDVS ad Theonem.
<i>Smyrnacum</i> p. 217. PE-
TAVIVS ad Themistium p.
 <i>413. edit. HARDVINI,</i>
 <i>CASAVBONVS et SAL-</i>
 <i>MASIVS ad Spartiani vi-</i>
 <i>tam Hadriani</i>, p. 116. IAC.
 <i>DVPORTVS ad Theopbra-</i>
 <i>sti characteres</i> p. 260. alii-
 que, laudati ac cel. PAVLLO
 <i>SCHAFFSHAVSENIO no-</i>
 <i>nis ad FABRICII bibli-</i>
 <i>ographiam antiquar.</i> p. 575.
 <i>c) vide de iis, praeter</i>
 <i>multos alias, EDVAR-</i>
 <i>DVM CORSINIVM differ-</i>
 <i>tationibus agonisticis</i>, Flo-
 rentiae <i>CIDOCCLXXXVII.</i>
 <i>4. editis et Lipsiae CIO</i>
 <i>10CCLII. 8. NICOL.</i>
 <i>GRDO-</i> |
|--|---|

a solis Ioniae ciuitatibus, sacrorum foedere inter se iunctis, earumque ciuibus celebrata itemque romanorum *feriae latinae*, quae itidem eiusmodi sodalitatis, religionis caussa cum reliquis Latii populis factae, imaginem praebent. Tertium genus priuatas sodalitates complectitur, quarum duae commode classes possunt constitui, altera ciuilium; altera sacrarum sodalitatum. De illis; siue de opificum collegiis, societatum speciem prae se ferentibus, consulto tacemus, maxime quod ab aliis iam satis demonstratum est, a Numa Pompilio primam horum collegiorum originem, teste PLVTARCHO, d) arcessendam esse: post eius tempora numerum eorum mirum in modum creuisse, L. deinde Caecilio et Q. Martio consulibus magnam partem eadem sublata, e) a Cludio, tribuno

A 4 ple-

GEDOYNIVM et ANT. in rem erudite disputat
BANIERIVM singularibus PETRVS ZORNIUS opus-
de hoc argumento disserta- culis sacris p. 163. coll.
tionibus, quarum illa tom. IOANNE SELDENO no-
xi. memoriar. academie Par- ritis ad marmora oxoniensi-
risnae inscriptionum p. 511. p. 96.
collato tomo XLI. p. 557. d) vit. Numae, p. 71.
haec tomo V. histor. aead. e) vid. ASCONIVM PE-
in script. p. 33. legitur. DIANVM ad Ciceronis
Addantur ea, quae de τῷ orat. in Pisacem, cap. III,
νοινῷ τῆς Ασίας eamdem p. 609.

plebis, teste CICERONE *f*), restituta: a Iulio deinde Caesare, tum ab Octauio Augusto, vt SVETONIVS *g*) auctor est, praeter antiqua et legitima, dissoluta et distracta esse. Neque de horum collegiorum fatis ac vicissitudinibus sequentium imperatorum tempore in praesenti dicere, animus est. Id modo addidisse, sufficiat, Traianum sodalitatibus eiusmodi multas ob caussas, maxime quod earumdem specie ac titulo perniciosaе alebantur coitiones, admodum infensum fuisse, easque omnes, vt ex eius ad PLINIVM epistola *h*) patet, sustulisse; praeter eas tamen, *quae religionis caussa coirent i*). At vero hoc ipso, quod optimus imperator fouere sodalitates sacras videbatur, factum est, vt multae eius generis eo tempore conflarentur, quarum saepius in inscriptionibus mentionem factam videmus. In hunc censum cadunt CVLTORES HERCVLIS apud GRVTERVM *k*) et FABRETTVM *l*), CVLTORES IOVIS ARKANI apud MVRATORIUM

- f*) orat. in Pisonem cap. *i*) leg. *i*. §. sed religio-
1111. p. 613. edit. GRAE- nis, digest. de collegiis.
VII.
- g*) vit. Caef. cap. XXXXII. *k*) inscript. p. CCCXV. 7.
et vit. Aug. cap. XXXII. *l*) inscript. domesticis,
h) libr. *x*. epist. 43. et p. CCCXXXVIII.
- epist. 97.

RIVM *m*), CVLTORES BONAE DEAE apud eumdem, *n*) CVLTORES IVNONIS apud REINESIVM *o*) itemque collegia illa, quae ab eo numine, cuius cultui se in primis ad dixere, nomen suum tulerunt, nominatim COLLEGIVM IOVIS COMPAGIS apud MVKA TORIVM *p*) et COLLEGIVM IOVIS OPTIMI MAXIMI aquid eumdem *q*). Neque vero non spectare hoc videntur sodalitates, in imperatorum defunctorum honorem et ut sacra iis iusta fierent, institutae, quarum haud infrequens mentio est in inscriptionibus nomine *sodalium*, et quidem *Augustalium*, qui Augusto, *Flauiorum*, qui Vespasiano, *Aurelianorum*, qui Adriano, *Hel uianorum*, qui Pertinaci, *Antoninianorum*, qui Antonino Pio, *Alexandrinorum*, qui Alexandro Seuero consecrati fuere, et de quibus historiae augustae scriptores, nominatim LAMPRIDIVS, CAPITOLINVS et SPARTIANVS sunt videndi.

§. III.

EIVSMODI sacri coetus ac sodalitates singularia signa habebant, quibus sodales non

A § solum

m) p. CLXXXI. 7.

p) p. CCCLXXXX. 2.

n) ibid. num. 9.

q) p. IOCCCXXXVII. 4.

o) *Syntagma inscript.* p.



solum se mutuo agnoscerent, seque ab aliis distinguerent; sed etiam vnde constaret, quinam accendentium admittendi ad sacra essent, quiue minus. De arcana illis sacris, de quibus antea disputauimus, res est extra omnem dubitationem posita, vſitata in illis fuisse signa, quibus ostensis aditus ad illa pateret, et sine quibus nemo ad secretum numinis cultum eiusque sacra occulta, poterat admitti. Triplicis vero generis signa ista fuisse, ex antiquis monimentis haud obscure constat. Alterum eorum genus in tesseris; alterum in vocibus; aut verbis, quae pronunciare accessuri debebant, tertium in stigmatibus; aut notis, quae initia torum corporibus inprimi solebant, fuit positum. De primo horum signorum genere luculentum exstat testimonium apud CLEMENTEM *Alexandrinum* r). Τῆς Θέμιδος, inquit, τὰ ἀπόρρητα σύμβολα ὁργανον, λύχνος, ξιφος, Themidis signa erant originum, genus instrumenti musici, lychnus, gladius cet. Talia signa, ab eo plerumque numine, cui sese deuouerat eiusmodi sodalitas, petita, linteolo seruavit APVLEIUS s), ut ipse haud obscure testatur. Sacrorum, ait laudatus scriptor, pleraque initia in Graecia

r) *protrept.* p. 17. edit.
FOTTERI.

s) *apolog.* p. 309. edit.
ELMENHORSTII.

cia participauit. Eorum quaedam signa et monimenta tradita mibi a sacerdotibus seculo conseruo, nihil insolitum, nihil incognitum dico, vel unius liberi patris symmystae qui adeſtis, scitis, quid domi conditum celestis et absque omnibus profanis tacite veneramini. De secundo genere, siue de vocibus, quibus pari modo admittendi explorari solebant, iure ne accederent ad sacra arcana; an vero minus, haec eiusdem auctoris verba plerumque solent explicari t): si quis forte adeſt eorumdem sollemnium mibi particeps, signum dato et audiat licet, quae ego adseruem. Nam equidem nullo unquam periculo compellar, quae reticenda accepi, haec ad profanos enuntiare u). Si denique tertium signorum horum genus reputamus, siue stigmata, initiatorum corporibus imprimi solita, mentio eorum sit in sacris tabulis tam prioris; quam posterioris foederis. Sine dubio enim de his *stigmatis* intelligenda sunt verba ZACHARIAE vatis x): *tunc dicetur ei, quid sibi volunt ista vulnera inter manus tuas,*

t) libro memorato p. 311.

u) alia, quae hoc pertinent, testimonia et ipsa vocum, quae initiatis celandae credebantur, exempla ex ARNOBII, CLE-

MENTIS Alexandrini et IULII FIRMICI scriptis studiose collegit PETRVS KINGIVS *bifloria symboli apostolici*, p. 10.

x) cap. XIII. v. 6.

tuas, siue ut HVGO GROTIUS y) ea interpretatur: stigmata, manibus inusta, per quae solebant diis gentium se mancipare, inscripto eorum signo, nomine; aut numero: itemque IOANNIS z): nai ποιεῖ πάντας cet. ίναι δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ή ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν, nai ίναι μήτις δύνηται ἀγοράσαι ή πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ή τὸ σύνομα τῆς θηρίου, ή τὸν αἰειθμὸν τῆς ονόματος αὐτῆς a). Neque vero tam fociatis ad sacra numinis tutelaris procuranda urbis; quam priuatis sodalitatibus, iis nominatim, quae in honorēm dei; vel deae alicuius institutae fuerant, eiusmodi signa, vnde sodales se agnoscerent, et peregrini arceri a conuentibus possent, videntur defuisse. Legat, qui velit, ea de re docte commentan-

y)adnot. ad hunc locum.
z) apocalyps. xiiii. 16.

a) quae in profanis scriptoribus habentur, de eiusmodi stigmatibus testimonia adulterunt: VRSINVS libr. II. analector. sacror. p. 95. CLERICVS not. ad numer. XXXV. 6. LOMEIERS dieb. genial. p. 383. SPENCERV de legib. ebraeor. ritual. libr. III. cap. 14. p. 530. Ad-

dantur ea, quae hanc in rem de apostatis. PHILO Iudaeus libr. I. de monarchia p. 879. de carpocratis IRENAEVS libr. I. cap. 24. et EPIPHANIVS tom. II. operum libr. I. §. 5. p. 106. referunt, et quae de hoc ritu commentatus est TROTZIVS not. ad HERM. HVGONEM de prima scribendi origine, p. 196.

mentantes OCTAVIVM FALCONERIVM *b)*, IACOBVM SPONIVM *c)*, HVGONEM GRO-TIVM *d)* et PETRVM ZORNIVM *e)*, quibus plura, si instituti ratio ferret, addi possent veterum scriptorum testimonia. Quibus vero percensendis tanto maiori iure superse-demus, quod breui hac commentatione id ipsum, quod in hac caussa potissimum volui-mus, consequuti nobis videmur. Quum enim eius generis signa, testibus CLEMEN-TE *Alexandrino*, APVLEIO aliisque *f)*, graeco nomine συμβολα dicerentur: quum ea potissimum de caussa vti istis consueuere veteres, vt, ad quem quis coetum; vel so-dalitatem pertineret: cuius numinis cultui se consecrasset, ex iisdem fieret manifestum, et vt inde de sacris constaret, quibus sese quis addixerat; neque inter diuersos coetus sacros confusio oriretur, neminem profecto fore, arbitramur, quin in hoc ipso veterum ritu veram, maxime saltem probabilem, fidei confessionibus *symbolorum* nomen imper-tiendi

- b) de nummo apamensi v. crit. sacror. anglie. p. 39.* *1995.*
c) voyage d'Italie, de Dalmatie et de Grece, rom. i. p. 437. *e) opusculis sacris p. 162.*
d) adnotat. ad apocalypsin cap. XIII. v. 16. rom. f) effata cum laudato-rum; tum aliorum aucto-rum collegit PETRVS KINGIUS bish. symboli apostolici, p. 10. sq.



tiendi, caussam inuenisse se, credat. Confessiones enim fidei, postquam homines in doctrinae caelestis capitibus dissentire coeperrunt, vel ideo conditae sunt, ut, qui inter se conuenirent, iisdem, quasi signo quodam, se a reliquis aliter sentientibus distinguherent, et ut ex iisdem, cuius quiuis coetus esset, et ad quam quis partem staret, cognosceretur.



II.

II

DE

**SYMBOLIS VETERVM
MILITARIBVS**

SYMBOLIS ALTISSIMI
MILLETTARIA



§. I.

Qui *symboli apostolici historiam cognitam sibi fecerunt, ac praesertim huius ex Graecia ad christianorum sacra deducti vocabuli usum et rationem sunt scrutati,* hi sine omni dubio multa, animaduerterunt, a doctis viris excussa et disputata esse, quae rituum veterum aliquam poscere cognitionem, certe sine antiquitatis luce neque rite proponi; neque facile intelligi posse videantur. Neque vero non et hoc, arbitramur, iidem videre et cognoscere debuerunt, maximam rerum istiusmodi antiquarum partem, vnde dicti illius symboli historia illustratur, a scriptoribus istis et si non penitus neglectam silentioque praetermissam, strictim tamen et saepe admodum leuiter tractatam fuisse, cum propter ipsam institutioni eorum rationem, quae in dicendo breuitatem poscere nonnunquam vide-

B batur.



batur, tum quod sufficere nonnullis est visum, rem paucis verbis indicasse, eius vero explicationem, seu potius maiorem cognitionem priuatis lectorum studiis, vt haud raro fieri solet, relinquere. Quare, si ea antiquitatum capita, quibus dilucidari potest symboli apostolici historia, sigillatim proponerentur, rem a nobis suscipi, putauimus, neque inutilem, neque vulgarem, neque alienam ab ipso instituto, quod hanc nobis scribendi dedit occasionem. Quumque priore commentatione de sacris veterum sodalitatibus earumque symbolis disputauimus, haud inconsultum existimauimus, in praesenti *de symbolis veterum militaribus* quaedam commentari.

§. II.

QVOD argumentum ut potissimum a nobis eligeretur, fecere verba RVFFINI a), quibus caussam monstrare voluit, quare professio fidei apostolica *symboli* nomen antiqua aetate acceperit. *Symbolum*, inquit, *graece indicium dici potest*, -- *indictum autem vel signum idcirco dicitur*, quia illo tempore, sicut et Paulus apostolus dicit et in actis apostolorum refertur, multi ex circumcisis iudeis simulabant, se esse apostolos Christi et lucri alicuius vel ventris grafta ad prae-

a) in symb. apost. §. II. p. 565.

praedicandum proficisciabantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco ergo istud indicium posuere, per quod agnosceretur is, qui Christum vere secundum apostolicas regulas praedicaret. Denique et in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam et armorum habitus par et sonus vocis idem et mos unus est, atque eadem instituta bellandi, ne qua doli subreptio fiat, symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quae latine vel indicia nominantur, vel si forte occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat, si sit hostis, an socius. Fuit igitur, ut ex his verbis patet, nonnullorum opinio, symboli apostolici appellationem castrinem esse, ductam a symbolis, sive signis veterum militaribus, quorum ope milites se mutuo agnoscerent, et commilito obuius ab hoste et exploratore distingueretur. Iam vero, quaenam signorum horum olim fuerit ratio, haud immrito quaeri nobis posse, videtur.

§. III.

ut milites se inuicem in pugna agnoscerent, neque, nocturno praesertim tempore, commilitones vulnerarent aut socium trucidarent pro hoste, ne porro vigiles, in stationibus positi, ab exploratoribus circumuenirentur.

nirentur, signo quodam opus fuit, vnde indicium militi fieret, quocum sibi res esset, cum hoste, an sodali et amico. Signa vero ista fuere vocabula quaedam, aut perbreues sententiae, quas miles ex milite sibi obuios, si qua videbatur adesse fraudis suspicio, exquirere solebat, hoc nempe modo exploraturus, quem prae se haberet, cui se tuto consideret, aut in quem armata et hostili irrueret manu. Signorum horum rationem descripsit *VEGETIVS* b), cuius ipsa hic verba dabimus. *Tria* inquit, *genera, constat, esse signorum, vocalia, semiuocalia, muta.* -- *Vocalia dicuntur, quae voce humana pronuntiantur, sicut in vigiliis, vel in praelio, pro signo dicitur, ut puta: VICTORIA, PALMA, VIRTVS, DEVS NOBISCVM, TRIVMPHVS IMPERATORIS et alia, quaecunque voluerit dare is, qui in exercitu habet maximam potestatem. Sciendum tamen est, ista vocabula quotidie debere variari, ne ex usu hostes signum agnoscant et exploratores inter nosdos versentur impune.* Apud graecos eiusmodi voces, quibus tanquam signo quodam milites vterentur, *συνθηκατα* vocantur, id quod ex *APPIANO* c), *THUCYDI-*

DE

b) *libr. III. de re militari, cap. 5. p. 65.* *scriptor. rei milit. edit. Vesal.* c) *libr. IIII. ciuil. coll. IVSTO LIPSIO excurs. ad libr. XIII. annal. TACITI, p. 203. edit. Paris.*

DE *d*), DIONE CASSIO *e*), PAVSANIA *f*),
ONOSANDRO *g*) aliisque constat. A IOSE-
PHO *b*) σημεῖα, a latinis scriptoribus, nomi-
natim a SVETONIO *i*), TACITO *k*) et VEGE-
TIO *l*) signa dicuntur. SILIVS ITALICVS *m*)
non sine causa tesserae ipsi nomen dedit:
- - - *discurrunt tesserae casbris.*

Sic vero olim nuncupabantur, quoniam li-
berae reipublicae temporibus voces eius-
modi, quae signi loco in praeliis et excu-
biis essent, a summo militiae duce tabellis
inscribi, inscriptae tabellae tribunis tradi so-
lebant, quorum erat, istas eo, quo debe-
bant, perferre, aut saltem perferendas eo-
dem curare *n*). Sub imperatoribus deinde

B 3

con-

d) libr. VII. cap. 44. BORCHII.*p*. 474. edit. DVKERI.*b*) libr. XVIII. ant.*e*) libr. XXXVIII. cap. 10.*iud. cap. 2. p. 845. edit.**p*. 534. libr. LIII. cap. I.

OXON.

p. 696. libr. LVIII. cap. 29.*i*) vir. Neronis cap.*p*. 935. edit. REIMARI.

VIII. vit. Caligul. cap.

f) Boeoticis, p. 302.

LVI. et LVII.

g) strategem. cap. XXV.

k) libr. XIII. annal.

Συνθήκατα et παρα-

cap. 2. §. 5.

συνθήκατα apud Grae-

l) libr. III. de re

cos differebant. Illa

milit. cap. 5. p. 65.

voce, aut tessera, siue

m) libr. VII. de bello

tabella quadam, haec ma-

Punic. v. 347.

nu tantummodo dabان-

n) confer. POLYBIVS

tur. Conf. HEINSIVS

libr. VI. cap. 32. PATRI-

ad Sil. Ital. VII. Punic.

CIVS rei milit. rom. X.

p. 346. ed. DRAKEN-

sect. I4. STEWEECHIVS not.

ad



consuetudo haec mutari coepit, ea quidem ratione, ut, quod olim signi loco tessellis inscribi solebat, id voce tantum tribunis committeretur, ad eos, quorum id nosse, intererat, preferendum. Videntur tamen tribuni ea, quae ore summi ducis acceperant, ne quid memoria excideret, et omnis confusionis euitandae causa in singulares, quas secum ducere solebant, tabellas haud raro detulisse. Vnde saepe unum signum et ore prolatum et litteris consignatum fuit, ore nempe ab imperatore, litteris a tribuno, penes quem erat, signum suo tempore postulare. Ac horum quidem signorum haud infrequentem mentionem in antiquis scriptoribus factam esse, videmus, ex quibus APPIANVM o), DIONEM CASSIVM p), PAVSANIAM q), IOSEPHVM r), SVETONIVM s), TACITVM t), SENECA M u) et VEGETIVM x) in praesenti nominasse, sufficiat.

§. III.

- ad Veger.* p. 133. LI. cap. 34. p. 1197.
PSIUS libr. v. de milit. q) Phocicis, cap. I.
- rom. tom. III. operum, r) libr. XVIII. ant.
p. 296. 297. SCHELIVS iud. cap. 2.
- ad Polybii castra,* p. 190. s) vita Claud. cap.
edit. Amstelod. XXXII. vit. Neron. cap.
- o) libr. II. et libr. IIII. ciuil. vbi multa de eius- LVI. et LVIII.
modi signis.
- p) locis supra memo- cap. 2. §. 5.
ratis. Add. libr. LX. cap. u) de eonstant. cap.
- 16. p. 954. libr. LXXI. XVIII.
- r) libr. XIII. annal.

§. IIII.

ut vero signorum horum militarium rationem tanto melius intelligamus, haud abs re erit, omnia ea, quotquot in priscis nos auctoribus legere meminimus, hoc loco commemorare, hocque facto, quid ex iisdem de eorum modo ac forma colligi queat, breuiter demonstrare. Troianorum tesserae Φοῖβος fuisse, auctor est EVRIPIDES γ). Vtriusque Cyri aliquot signa conseruauit nobis XENOPHON z), qualia fuere: Ζεὺς σύμμαχος ηγεμών, Ζεὺς σωτήρ ηγεμών, Ζεὺς σωτήρ ηγεμών, Ζεὺς σωτήρ Ηρακλῆς ηγεμών. Thessalorum tessera Aθηνᾶ ITALIA, Phocensium autem Φῶκος fuit, ut ex PAVSANIA zz) liquet. APPIANO a) teste, Pompeiani in pugna Pharsalica INVICTVM HERCVLEM, Caesariani VENEREM VICTRICEM signi loco habuerunt. APOLLINIS nomine eam ad rem vni sunt Augustus Caesar et Antonius b): VENERIS Iulius Caesar c): LIBERTATIS et APOLLINIS Bruttus B 4

x) libr. III. de re milit. cap. 5.

y) in Rheso, v. 521.

z) Cyropaed. libr. III. p. 85. libr. I. de exped. Cyri p. 264. libr. VI. p. 386.

zz) Phocicis cap. 1.

a) libr. II. ciuil.

b) teste VALERIO

MAXIMO libr. I. memorabil. cap. 5. §. 2. p. 53.

c) videatur DIO CAS-

SIVS libr. XXXXIII. cap.

43. p. 370.



tus *d*): IOVIS, VENERIS ET PRIAPI Caligula *e*). Nero OPTIMAM MATREM *f*), Antoninus Pius moriturus AEQVANIMITATEM *g*), Pertinax vocem MILITEMVS *h*) symboli loco dederunt. VEGETIVS *i*) in signis militaribus vocabula: VICTORIA, PALMA, VIRTVS, DEVS NOBISCVM, TRIVMPHVS IMPERATORIS haud inusitata fuisse, refert. Raro videtur factum esse, vt integri versus signis militaribus adhiberentur. Illustre tamen eius rei testimonium reliquerunt nobis de Claudio DIO CASSIVS *k*) et SVENTONIVS *l*), imperatorem excubitori tribuno, signum de more poscenti, non temere aliud dedisse, quam versum hunc HOMERI *m*):

Aydg

- d*) legatur IDEM libr. annal. cap. 2. §. 5.
 XXXVII. cap. 43. p. 521. *g*) videatur IVL. CAPITOLINVS eius vit. cap. XII. et in vita Antonini philosophi cap. VII. tom. I. script. bift. aug. p. 282. et 315.
e) apud SVENTONIVM vit. Caligulae cap. LVI. et LVIII. collatis DIONE CASSIO libr. LVIII. p. 935. et SENECA de constant. cap. XVIII. ex quibus intelligenda sunt ea, quae JOSEPHVS habet libr. XVIII. ant. iud. cap. I. p. 839. edit. Oxon.
f) quod etiam SVENTONIVS confirmat vita Neronis cap. VIII. suffragante TACITO libr. XIII. *h*) apud IVL. CAPITOLINVM vit. eius cap. V. p. 541. script. bift. aug.
i) libr. III. de re milit. cap. 5.
k) libr. LX. cap. 16. p. 954.
l) vit. Claudi cap. XXXXII.
m) odyss. π'. v. 72. et Φ'. v. 133.

Ἄνδρες ἀπαριέντας θαυμάζοντες πρότερος
χαλεπήνη,

vicitici fas est, si quis nos laeserit ante.

Longe vero rarius fuit, militibus non verba dare, sed rem aliquam sine verbis signi loco iisdem praebere. Est vero aliquod eius rei exemplum apud POLYAE NUM 2), qui *Acuem ducem suis militibus*, narrat, dedisse σύνθημα, κτένειν τας τὸ σύνθημα ἐρωτώντας, *signum*, ut *signum requirentes interficerent*. Quae omnia si rite inter se et, ut decet, conferuntur, haud obscure patebit, vsum horum signorum a graecis ad romanos peruenisse: signa ista admodum brevia et plerumque unico, aut ad summum binis vel tribus vocabulis conclusa fuisse: adhibuisse romanos admodum frequenter nomina deorum, vel aliquid, unde non triste omen, sed laetum augurium capere posset miles o).

§. V.


TRIA adhuc sunt, de quibus merito hoc loco dici nonnulla et commemorari possent. Primum enim quaestionem a nonnullis videmus adlatam, penes quem in exercitu fuerit, signa ista militibus dare, maxime quod priscorum scriptorum alii id officium tribunorum, alii, et rectius quidem, summi

B 5 ducis

n) libr. 1. Strateg. cap. o) conf. STEWACHIVS
xii. p. 29. ed. MASVICII. not. ad Veget. p. 271.



ducis, libera nempe republica consulis, postea caesaris augusti fuisse, scribunt. Deinde haud parum quoque de ipso vsu horum signorum disputari posset, ac denique ostendi, qua ratione signa haec, ab imperatoribus prolati, per tribunos siue legionum praefectos ad infimum ἔγρηγον peruererint. Verum angusti huius scriptionis limites, ut, quae dicenda restant, alio tempore expromanus, suadere hortarique videntur. Quae vero diximus, satis sufficiunt ad adsequendam eorum sententiam, qui apud RVFFINVM *symboli apostolici* nomen ex castris romanorum in ciuitatem christianam deductum esse, arbitrantur. Signa nempe ista aiunt, symbola fuisse militum, quibus pronuntiatis, cognitum statim ac manifestum fuerit, ad quem quis in militia coetum, romanorum, an hostium, pertineret: eiusdem conditionis fuisse formulam illam fidei, cui *symboli apostolici* nomen datum fuerit: hanc signum quasi et symbolum militiae christiana fuisse, qua ii, qui seruatori nostro nomen dedere, ab eius hostibus, tam a plurimum numinum cultoribus, quam a iudeis se se distinxerint.



III.

III
DE
SYMBOLIS VETERVM
GRAECORVM
C O N V I V A L I B V S



§. I.

 **Q**VI graeci vocabuli *σύμβολον* in coetibus christianorum usum ostendere, et, quare professionibus fidei id nominis datum olim fuerit, explorare, adgressi sunt, hi ex Graeciae potissimum populorum moribus et institutis ad expedientiam hanc quaestionem haud parum exspectandum esse subsidii, probe animaduerterunt: verum, si de diuersa significandi vi, quae huic vocabulo subiecta est, tum de eo potissimum quaeritur, quaenam ex illis praecipuam dederit occasionem, hoc vocabulum ad christianorum sacra, ad salutaris in primis doctrinae capita traducendi, haud unam ea de re sententiam fouere solent istius modi rerum scriptores. Sunt enim, qui, hanc adpellandi rationem a symbolis repe-



repetendam esse, opinantur, quibus usae olim fuerint sacrae quaedam graecorum soliditates. Alii in symbolis huius gentis militaribus reperiisse aliquid sibi visi sunt, unde propter aliquam similitudinem ratio reddi queat huius vocabuli, in christianorum coetibus recepti, ad denotandam de rebus diuinis doctrinam, quam quisque illorum amplectatur. Ac de vtraque hac sententia copiosius alio nos diximus tempore, quum orationibus sollemnibus, ex LYNCKERIANO instituto in hac academia habendis, more consueto nobis esset praefandum.

§. II.

IAM VERO alia accedit sententia, a qua ipsi nonnulli veteres scriptores haud prorsus sunt alieni, sic profecto comparata, ut aliquid poscere lucis videatur ex antiquitatibus, ad illustrandam symboli apostolici historiam. Eo vero redit illorum sententia. In usu olim fuisse, aiunt, conuiuii genus, ad quod quisque conuiuarum suam adtulerit συμβολὴν, collationem: eamdem rationem fuisse symboli apostolici: contulisse ad hanc fidei christiana professionem quemque Christi legatorum aliquod quasi dogma, quod, iunctum cum reliquis, postea constituerit satis peruulgatam illam doctrinæ apostolicae επιτομὴν, quae vulgo *symbolum apostolicum* dicitur.

catur. Sic statuisse nonnullos, ex RUFINO a) haud obscure colligitur. *Symbolum*, is inquit, graece dici potest *collatio*, hoc est, quod plures in unum conferunt, id enim fecerunt apostoli in his sermonibus, in unum conferendo, quod unusquisque sensit. Quo et referri posse videntur verba CASSIANI b): *symbolum ex collatione nomen accepit*. Collatio autem ideo, quia in unum ab apostolis domini, quicquid per uniuersum diuinorum voluminum corpus immensa funditur copia, totum in symboli colligitur breuitate. Ac hi quidem esse aliquam existimant similitudinem symboli huius et symbolorum illorum seu *collationum*, vnde illud, de quo supra diximus, conuiuii genus adparatum olim fuerit. Itaque de *symbolis veterum graecorum conuiualibus* nonnulla in praesenti adferemus, de romanorum haud dissimili instituto alio tempore dicendi nobis erit occasio.

§. III.

FVIT olim haec in Graecia consuetudo, ut amici, animum iunctim exhilaraturi, commune quoddam conuiuium $\alpha\pi\circ\eta\omega\circ\eta$ institerent, ad quod quisque conuiuarum suam $\sigma\upsilon\mu\beta\circ\lambda\eta\eta$ ad instruendum adparandumque tale conuiuium conferre deberet. Consuetudo

a) *nxposit.* in *Symb.* b) *de incarnat. dom. lib.*
apost. §. II. p. 565. v. p. 1272.

tudo profecto antiquissima, ab HOMERI ducta temporibus, cuius verba c):

Tις δαλς, τις δὲ ὅμιλος ὁδὸ ἐπλετο; τίπτε
 δὲ σε χρέω,
 εἰλαπίν᾽, ἡὲ γάμος; ἐπει ὡκ ἔρανος τάδε
 γ ἐστιν.

ATHENAEVS d) illustraturus, et, quod vocabulorum δαλς, ἔρανος et εἰλαπίνη discriminis, ostensurus, ἔρανος fuisse, ait, τὰς ἀπὸ τῶν συμβάλλομένων εἰσαγωγὰς, hominum ad epulas, collata pecunia celebrandas, institutos conuentus, dictos ἀπὸ τῆς συνεργεῖν οὐδὲ συμφέρειν ἔκαστον, ab eo, quod quisque ad eiusmodi epulas suam partem, siue τὸ ἐπιβάλλον ἔαυτῷ, ut HARPOCRATION e) ait, conferat, ἔρανισὰς vero vocatos esse, qui iunctim eiusmodi conuiuum instituerent. Quem quidem conuiandi morem tam graeci firmiter tamque constanter tenuere, ut ad GELLII f) usque aetatem Athenis traducetur, qui se et alios, ad Taurum philosophum Atheniensem inuitatos, ne immunes et a-symboli venirent, coniectasse, narrat, non cupedias ciborum, id est, non symbolas

con-

c) odyss. I. v. 225. f) libr. VI. noctium At-
 d) diplosoph. lib. VIII. ricar. cap. 13. p. 364. ed.
 cap. 16. p. 362. GRONOVI.

e) lexic. p. 24.

confuetas, sed argutias quaestionum. Ac horum quidem conuiuorum duplex olim fuit genus, alterum aere a conuiuis collato, alterum ex cibis paratum et instructum, quos quilibet secum ad coenaculum asportauerat. Quae quidem fundamento suo haud carent, si veterum scriptorum ea de re verba curatius expenduntur. Quum enim omne id, quod quisque ad eiusmodi epulas conferebat, siue pecunia esset, siue cibi genus, συμβολὴ ἀπλῶς vocaretur, quum porro tale conuiuum, quod numerata pecunia, aequa ac illud, quod cibis congestis ornari et adparari solebat, communi vocabulo ἐρανος diceretur, quum porro rationem τῆς συμβολῆς conuiualis aequa ac τῇ ἐράνῳ sic describunt veteres, ut vtroque vocabulo duplex aliquod conuiuii genus comprehensum olim fuisse, videatur, facile nos et satis manifeste ex hoc vtriusque conuiuii et modum, et discrimen colligi posse, arbitramur.

§. III.

DICEMVS primum de ἐράνῳ eiusque rationem explicabimus. Vocabulum ipsum, ut ex veterum scriptorum, DEMOSTHENIS in primis, LYSTAE, ISOCRATIS, LIBANII aliorumque testimoniis, tum ex antiquis lexicorum auctoribus, HARPOCRATIONE, IVL.

C

POL-



POLLVCE et SVIDA constat g), primum quoduis collectae inter amicos genus designauit, siue illa ad subleuandam aliorum inopiam, siue alias ob caussas institueretur; deinde vero eius usus transiit in primis ad conuiuia illa, communi sumtu facta, de quibus adhuc loquuti sumus. Prius τῇ ἐρέντῃ genus munus fuit et onus, posterius voluntatis potissimum et animi exhilarandi caussa institutum est. De illo intelligenda sunt, quae ad haec ARISTOPHANIS b) verba:

οἵς ὑπὲρ ἐρέντης τε κοιτάζειν πρώτην ποτὲ
ἀπαντεῖ, εἰςτω παρεγένεται οἱ φίλοι,
scholiaстes commentatur: ἔθος εἶχον τέλεσμά

Tl

g) veterum scriptorum effata, quibus vocabulo ἐρέντος modo haec, modo alia significandi potestas tributa est, nolumus ex aliis, qui hoc labore iam perfuncti sunt, conscribere. Qui scire et legere illa cupit, adeat VALESIVM ad Harpocrat. p. 32. 87. et 114. CHRISTIANIVM ad Aristophanis Lysistrat. v. 652. p. 230. DSPORTVM ad Theophrastum charact. cap. I. CASAVBONVM ad eum. cap. XV. FISCHERVM ad eum. cap. I. RIGALTIVM ad

Artemidorum p. 8. HERALDVUM obseruat. et emend. cap. 43. sq. SALMASIVM obs. ad ius Attic. et Rom. cap. I. sq. et libr. de vſur. cap. 3. FABROTVUM refut. epift. Salmasii de mutuo, tom. III. thesi. iur. rom. p. 1353. SPANHEMIVM ad Callim. p. 706. interpretes POLLVCIS onomast. libr. VIII. cap. I3. p. 967. ed. HEMSTERHVISTI, ALRERTI ad Hesychium, p. 1415.
b) acbarn. v. 615. p. 257. edit. KVSTERI.

τι εἰς τὸ κοινὸν διδόναται, ὅπερ εἰ μὴ διδόντες καὶ
ἄτιμοι ἐνομίζοντο καὶ μετὰ βίας ἀπητέντο,
tum ea, quae ex antiquo de comparatione
diuitiarum et virtutis scriptore, TELES ipsi
nomen fuit, aduluit STOBAEVUS *bb*). Ac
huius quidem *ēgáv̄s*, quod muneris loco da-
ri colligique solebat, itidem duo fuerunt ge-
nera, alterum voluntarium, quo amici ami-
co inopia laboranti opem tulerunt *i*), alte-
rum, quod lege publica aut sodalitii iure,
quouis plerumque mense *k*) vel statu tem-
pore, κατὰ τὴν τῆς περιόδου τάξιν, vt HAR-
POCRATION *l*) ait, cum egestatis subleuan-
dae cauffa, tum ad alios viſus *m*) praestan-
dum fuit, instituta collecta, cuius praefe-
ctus *ēgaváex̄ns* apud ARTEMIDORVM *n*)
dicitur.

C. 2

S. V.

bb) *serm. XXII.*

i) vnde SVIDAE p.
849. τὰ εἰς συλλογῆς ei-
demque et HESYCHIO
εράνιον, δῶρον εἰς συνεισ-
Φορᾶς, et εράγος ΤΗΕΟ-
PHRASTO eleemosynae
genus. Vide eius chara-
cteres cap. XV. XXII. et
XXIII. Hoc voluntarium
εράγα genus ad elegantis-
simam metaphoram trans-
fert THUCYDIDES libr.
II. cap. 44. p. 124.

k) ἔκδεσις μηνὸς SVIDAS
diserte ait voc. ερανιστήμε-
νος.

l) *lexico p. 24.*

m) videatur SVIDAS
voc. εράνος παππῶν τον.

i. p. 894. edit. KVSTERI.

n) οὐσιονοριτ. lib. I.
cap. 18. Tale εράγα genus
etiam apud veteres chri-
stianos in viſu fuit, quod
PLINIUS docet libr. X.
epiſt. 97. et TERTULLIA-
NVS apologet. cap. 39. So-

§. V.

AB his ἐρανοῖς diuersi erant ἐρανοὶ coniuales, quos scholiaстae et lexicographi veteres, in illis interpretes HOMERI o) et ARISTOPHANIS p), in his HESYCHIVS, SVIDAS, HARPOCRATION et POLLUX ad vnum omnes dicunt fuisse δεῖπνα ἐκ συμβολῆς, τὰς ἐκ πονῶν ἐστασεις, δεῖπνα ἀνὰ μέρους, τὰς αὐτὸν συμβολῆς καὶ διπάνης πολλῶν τινῶν γνωμένας ἐνωχήσας cet. ATHENAEVS q) ἐρανὺς dicit τὰς αὐτὸν συμβαλλομένων ἐισαγωγὰς, illosque addit sic vocatos esse αὐτὸν τὴν συνεργᾶν, quod, quid sit, cognatum vocabulum ἐξεργᾶν, apud oratores graecos haud infrequens, declarare videtur, quibus ἐξεργᾶν idem est acto eiicere latinorum, vnde τῷ συνεργᾶν coniiciendi notionem subiectam fuisse, facili coniectura diuinare licet. Ἐισαγωγὰς vocat Athenaeus ἐρανὺς, pro quo legendum forte esse συναγωγὰς, suspicatus est CASAVBONVS r), maxi-

lebant etiam postea tenuissimae fortunae homines sodalitii Φεατρίας genus inter se contrahere, opeque eiusmodi ἐράνες communi victu frui. Patet id ex CHRYSOSTOMO homil. xi. ad pop. Antioch. p. 153. "Ἄλογοι ερνιζαὶ fuerunt, qui ad ἐρανοὺς non soluebant, quod soluere promiserant. Vid. HARPOCRATION p. 24.
 o) Odyss. A. v. 226.
 Odyss. A. 414.
 p) Lysistrat. v. 652.
 p. 556.
 q) dipnosoph. libr. VIII.
 cap. 16.
 r) animaduers. in Athen. p. 630.

maxime quod ATHENAEVS paullo infra το
συνάγειν ἀπὸ συμβόλων aliquoties usurpauit.
Verum obstat codicum consensus, uno quasi
ore ἐισαγωγᾶς legentium, tum et EVSTA-
THII s) auctoritas, quem ATHENAEI t) lo-
cum tum, quum ταῖς ἀπὸ τῶν συμβαλλομέ-
νων ἐισαγωγᾶς esse scriberet περίφερσιν voca-
bulorum αἱ συμβολαὶ et αἱ συμποτικαὶ, δη-
λαδὴ, ante oculos habuisse, ipsa verborum
συνάφεια et omnes rationes ostendunt. Idem
confirmat scholiastes ARISTOPHANIS, qui
ad poetae sui verba u):

τῇ ἑάνε γὰρ μοι μέτεσι - - -
itidem ATHENAEVM legisse inque mente
habuisse videtur. Is vero, ἀλλαχθὲ, inquit,
ἔρων καλέται ή ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων ἐι-
σαγωγὴ, tum addit, ἔιτεν συναγωγὴ, haud
obscuro, ni fallimur, indicio, binis his vo-
cabulis ἐισαγωγὴ καὶ συναγωγὴ interdum
eamdem significandi vim olim datam fuisse.
Iam vero, quid illud sit, quod veteres τὴν
ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων ἐισαγωγὴν dixerent,
idem iste scholiastes docet, si verborum,
quae ex ipso dedimus, cum antecedentibus
συνάφεια curate expendimus. "Ἐρως, in-
quit, ή ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς καὶ δαπάνης πολ-
λῶν τιῶν γνομένη ἐυωχία. ἀλλαχθὲ ἔρων κα-
C 3 λεῖται

s) ad HOMERI Odyss. cap. 16.

A. v. 225.

t) libr. VIII. diplos. 556.

u) Lysistr. v. 652. p.

λεῖται ἡ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων ἐσταγωγὴ,
 ex quibus verbis duplex illud ἔρεντα genus,
 alterum quod aere, alterum quod cibo col-
 lato institutum fuit, haud obscure cognosci-
 tur. Aperte enim distinguit τὴν ἀπὸ κοινῆς
 συμβολῆς παλ δεπάνης γνωμένην ἐυωχίαν ab
 ea, quam τὴν ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων ἐστα-
 γωγὴν adpellat. Per illam, ut omnes ratio-
 nes ostendunt, conuiuum intelligit, quod,
 collato aere, communi inter conuiuas et ae-
 qua parte distributo sumtu, per hanc id,
 quod congestis a quolibet conuiuarum cibis
 instructum fuit. Vnde egregie illustrari
 possunt verba HESYCHII x): ἔρενον -- ἡ αὐτὰ
 μέρεσ δεῖπνον. ἡ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον, in qui-
 bus, quis non videt, duplex ἔρεντα genus
 a se inuicem distingui, ἔρενον enim esse aut
 coenam αὐτὰ μέρεσ, aut coenam ἐκ συμβολῆς,
 illam, ad quam quisque aliquam partem, id
 est, cibi aliquod genus, secum adulterit,
 hanc, ad quam *collatio*, pecuniae nempe, sic
 enim hoc loco συμβολὴ interpretanda est,
 facta a conuiuis fuerit. Haec quum ita sint,
 facile iam erit perspicere, quid δεῖπνον grae-
 corum συνεγώγμον fuerit, cuius veteres poe-
 tae aliquoties mentionem fecerunt. Ipse
 ATHENAEVS y) hanc quaestione in me-
 dium adduxit, et ad ALEXIN AC EPHIPPVM
 pro-

x) p. 1415. edit. AL. y) libr. VIII. cap. 16.
 BERTI.

prouocauit, quorum ille in Φιλοπάλῳ, hic in Geryone suo de hoc conuiuii genere cecinit. Putat vero ATHENAEVS, vt ex eius verbis haud obscure colligitur, in δέσπινῳ συναγωγίμῳ adlatos esse cibos iam paratos, non, vt in aliis, pecuniam pro coquo, qui pararet. Prouocat enim non solum ad alium apud ALEXIN locum: ἦξω, Φέρεστα συμβολὰς τοῖν τῷμα, veniam, et mecum adducam simul symbolas, sed etiam, ne quis forte per symbolas pecuniae partem intelligat, apud Archiuos, ait, συμβολὴν etiam in συμποσίοις, in compotationibus, vsu receptam fuisse, ad quas olim non vina, sed pecuniam ad cellas vinarias secum adulterunt compotores.

§. VI.

HAEC de ἐράνῳ. Id quod ad hunc instruendum conferri a quoquis conuiua solebat, συμβολὴ dicebatur, siue de pecunia ad praeparandas epulas, siue de cibi genere, quod quisque adferret, pactum antea esset. EVSTATHIVS z) posterius συμβολῆς genus, quod in rebus cibariis positum fuit, in mente videtur habuisse, quum τὰς ὀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαῖς scriberet esse περίφρασιν τῇ αἱ συμβολαὶ. Prioris vero gene-

C 4

ris,

z) ad Iliad. A. v. 225.



ris, siue *συμβολῆς* nummariae, DIPHILVS poeta apud ATHENAEVM a) fecit mentionem. Cuius verba etsi obscuritate laborare, neque ab omni librariorum vitio immunia haud immerito visa sunt CASAVBONO b), hoc tamen luculenter declarant, solitos fuisse iuuenes cum coquo de eiusmodi conuiuio communi pacisci, eiusque adparatum ipsi numerata pecunia committere. Ac id quidem ex poeta haud obscure patere, ipse CASAVBONVS vidit, quum mentem poetae, quantum ex eius verbis certo cognoscere licet, per περιφερων hoc fere modo exprimere studuit: *ait* apud poetam coquus, *si qui adolescentes, cupientes ex symbolis una esse, coeant, et pecunia, vel annulo, vel alia qua re, loco pignoris in vas aliquod conecta, eant deinde per forum et clament:* quis est, qui tenuem coenam parare velit: *ego istos clamare fino, neque iis operam meam loco.* Quae omnia vtcunque se habeant, ex iis, quae iam de *συμβολais* diximus, hoc est certissimum, et RUFINVM et CASSIANVM c) oscitantia lapsos esse, quod a collatione siue *επὶ τῆς συμβολῆς* symboli apostolici nomen deducendum esse, existimarunt. In mentem enim ipsis discrimen illud merito venire debebat,

a) libr. VII. dipnoj. p. 520.
cap. XI, p. 297. c) locis supra memo-
b) adnimadu. in Arben. ratis.

bēbat, quod veteres graeci inter τὴν συμβολὴν et τὸ σύμβολον fecerunt. Quod ut eo melius intelligatur, hoc potissimum tenendum est. Si conuiuium tale aere conferendo, sed nondum adhuc collato, adparandum erat, solebant illi conuiuae, cui epularum adparatus commissus fuerat, pignoris loco aliquid, in primis vero annulum, dare. Id pignus, siue annulus esset, siue alia res quantius pretii, vocabatur σύμβολον, quod reddebatur, data συμβολῇ d). Σύμβολον igitur pignus fuit τῆς συμβολῆς siue *collationis*, ad conuiuium adparandum praestandae, symbolum vero apostolicum non, ut Rufinus et Cassianus credunt, a *collatione* siue ἀπὸ τῆς συμβολῆς, sed a vocabulo σύμβολον nomen suum accepit.

d) videatur TAVBMAN- et CASAVBONVS animadu-
NVS nor. ad Plaut. p. 957. in Athen. p. 224.



peccatum quod est in te. Et dicitur. Cuius sit ergo
malitia. Malitia est in te. Quod est in te. Et dicitur.
Quia tu es in te. Et dicitur. Cuius sit ergo
malitia. Malitia est in te. Quod est in te. Et dicitur.
Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.
Et dicitur. Cuius sit ergo malitia. Malitia est in te. Quod est in te.

Malitia est in te. Quod est in te. Et dicitur. Cuius sit ergo
malitia. Malitia est in te. Quod est in te.

III

DE

**SYMBOLIS VETERVM
ROMANORVM
CONVIVALIBVS**

III

ea

SYMBOLIS AETERIUM

MONAMORIA

CONIVELABAS

J



§. I.



SUPERIORE commentatione eorum sententiam excussimus, qui symboli apostolici denominationem a quodam conuiuandi ritu apud veteres deducendam esse, arbitrantur. Sunt nempe, qui apud graecos et romanos vfitatum olim conuiui genus, ex conuiuantium symbolis paratum, occasionem, huius vocabuli eam ad rem traducendi, proximam dedisse, arbitrantur. Coiuisse amicos, aiunt, dedisse quemlibet suam συμβολὴν, ex his συμβολαῖς vnam coenam factam, haud absimilem fuisse rationem symboli apostolici, quemlibet legatorum seruitoris contulisse aliquid ad peruulgatam illam christianaē fidei professionem, cui *symboli apostolici* nomen fuerit adsignatum. Observauimus simul, in hac sententia fuisse RUFINVM et CASSIANVM, vtque ratio huius conuiuandi generis tanto melius pateret, de sym-



symbolis veterum graecorum conuiualibus nonnulla in medium adduximus. Iam ut coeptam telam pertexamus, *de veterum romanorum symbolis conuiualibus* nonnulla ex priscis eorumdem scriptoribus adnotabimus.

II.

HIVS conuiuii generis in scriptoribus romanis saepius facta est mentio. Apud PLAVTVM a) *symbolarum collatores* forum in primis piscarium, in quo, praeter pisces, alia escuenta venalia fuere, frequentare dicuntur. Vocat vero *collatores symbolarum* poeta, qui ad coenam, communis sumtu parandam, consociare se ibi, et quae ad eam necessaria erant, collecta pecunia, emere statim solebant. Hi conferebant *symbolas*, id est, tantum quisque pecuniae, quantum pro portione requirebatur ad eiusmodi commune instituendum conuiuum. Alio loco b) seruus:

amicam ego habeo ancillam, eo condixi in symbolam

ad coenam, ad eius conseruum Sagarinum Syrum

eadem

a) *Curcul.* act. IIII. scen. I. v. 13. b) *Stich.* act. III. I. v. 26. et 38.

❀ ❀ ❀

*endem est amica ambobus, riuales sumus
 eadem symbolam
 dabo et iubeo ad Sagarinum coenam coqui
 aut egomet ibo atque obsonabo obsonium
 atque id ne vos miremini, homines seruulos
 potare, amare atque ad coenam condicere,
 licet hoc Athenis nobis.*

Vtitur vocabulo *condicere* idque ad eiusmodi conuiuorum genus transferit, alias de iis tantummodo vfitatum, qui inuitati, se venturos et apud alterum coenaturos esse, promittunt ac declarant. Neque vero hoc quempiam offendere debet, quod in hac plautina tragoedia scena Athenis esse singitur, quasi in hoc effato Atheniensium, non Romanorum ea in re mores et instituta exprimerentur, inprimis, quum additum legatur: *licet hoc Athenis nobis.* Ipsa enim haec verba declarant, non ipsam rem et consuetudinem, collecta pecunia conuiuandi, fuisse romanis inusitatam, sed hoc mirum forte videri, quod ipsis adeo serui Athenis eodem modo, quo Romae ditiores et homines ingenui, coire seque, communi coena parata, oblectare nonnunquam genioque indulgere soleant. Et qui potuisset ipse poeta in hoc versu c)
*sine meo sumtu paratae iam sunt scapulis
 symbolae,*
 ipsum de hoc conuiuui genere vfitatum vo-
 cabu-

c) *epidic. act. I. scen. 2. v. 22.*



cabulum tam lepide et iocose traducere ad serui plagas, quas plures lorarii in eius tergum conferre debebant, nisi res ipsa iam tum Romae satis cognita et in usum communem recepta fuisset.

§. III.

PLAVTO adiungimus **TERENTIVM** d), qui et si adolescentulos suos in Athenarum portu Piraeo coemere facit, quicquid ad eiusmodi coenam, conuiuantium symbolis faciendam, necessarium videbatur, loquitur tamen, ut omnes rationes ostendunt, ea de re sic, ut rem Romae satis vulgarem et cognitam proponere videatur:

*heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo
in hunc diem ut de symbolis essemus.*

Chaaeream

*eē rei praefecimus, dati annuli, locus,
tempus constitutum est,*

in quibus verbis hoc probe debet animaduerti, loquendi formulam, *de symbolis esse*, idem significare, ac coire ad coenam ex symbolis, siue collecta pecunia institutam, poetam vero ideo Piraeum nominasse, quod ibidem, uti Romae in foro piscario, non solum pisces, sed etiam ostrea, muraenae aliaque gulae oblectamenta, nauibus aduenta, venditari quotidie fere solebant. Ipsius autem

d) vñtch. act. III. scen. 4. v. I.

autem instituendo conuiuio praeficit Chae-
ream, more et in Graecia, et, vt videtur,
Romae vſitato, quo ab his, qui de symbo-
lis esse et coenare iunctim volebant, vni ſo-
dalium totum hoc negotium commiſſum
ipſiſque mandatum fuit, vt a quoque conui-
uantium pecuniam exigeret, aut arrhae lo-
co annulum vel aliud quid iuſti pretii dari
ſibi, dein apud coquum ex collato aere coe-
nam adparari curaret. Vnde intelligitur
illud TERENTII: *dati annuli.* Aliud eius-
dem poetae de his conuiuorū *συμβολais*
testimonium in Andria e) habetur, vbi Chry-
fidem, Simo ad Sofiam ait, symbolam de-
diſſe ac coenauiffe. Recte vero coenauiffe,
ait, quod ex eiusmodi symbolis coenae,
non prandia more consueto parari solebant.

§. IIII.

EIVSDEM confuetudinis mentionem quo-
que fecit CICERO f), qui id ipsum, quod
Graeci, cum Graecis PLAVTVS et TEREN-
TIVS *συμβολην*, collectam appellauit, et per-
quam ſcīte ad ea, quae ſermocinantur ami-
corum quisque ad colloquium confert, tra-
duxit. Quum enim apud illum Crassus Cae-
faris de iocandi genere ſententiam rogasset,
ego vero, inquit, quoniam collectam a con-
D uiua,

e) act. I. scen. I. v. 60.

f) libr. II. de orat. cap. 57.



uiua, Crasse, exigis, non committam, ut si defugerim, tibi caussam aliquam dem recusandi. Ad quae verba TVRNEBVS g) collectam hanc, de qua CICERO, collationem esse, quae a conuiuiis in coenam aut prandium conferatur, siue pecuniaria sit, siue penuaria. Ac de prandio quidem nusquam me legere quid memini apud latinos auctores, fuisse id ex symbolis amicorum institutum. Neque etiam hoc multam habet veritatis speciem, maxime quod meridiano cibo admodum tenui et modico contenti fuere plurimi romanorum, lauius et largius vespertino tempore epulandum esse rati. Neque hoc satis expeditum esse videtur, apud romanos συμβολὰς eius generis vel pecuniarias, vel penuarias fuisse. De Graecis hoc satis constat, id quod alio loco demonstrauimus, aliud huiusmodi conuiuii genus apud ipsos ex comportatis cibis, aliud ex collecta pecunia institutum fuisse, de romanis vero hoc non item, apud quos non nisi vocabulum illud μέσον, συμβολὴ legitur, de vtroque alias conuiuii genere adhiberi solitum. Ex ipsis vero, quae in medium attulimus, priscorum scriptorum testimoniiis, conuiuia, vti TVRNEBVS ea vocavit, pecuniaria Romae in primis in usu fuisse videntur, de penuariis, quoad nos quidem scimus,

g) libr. III. aduersar. cap. 6.

mus, vix ullum reperire licet testimonium. Neque hoc facile ex GELLII b) effato demonstrabitur. Eum enim non de eo, quod Romae, sed quod Athenis visitatum fuit, loqui, ipsa eius verba manifeste declarant. *Factitatum, inquit, hoc Athenis est, qui erant philosopho Tauro iunctiores. Quum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes et asymboli veniremus, coniectabamus ad coenulam non cupedias eborum, sed argutias quaestionum.*

§. V.

QVAE quidem veterum auctorum testimonia si rite inter se comparantur, haec potissimum de romana illa, communi sumtu conuiuandi, consuetudine ex iisdem efficere licet. Satis cognita et visitata apud ipsos fuisse videntur huius generis conuiua. Parata vero ex eiusmodi symbolis non prandia sunt, sed, ut maxime probabile est, coenae, si illud, rarissime certe hoc factum esse videtur. Instituta eadem sunt Plautino certe tempore a ciuibus ingenuis et honestioris conditionis, minus vero, ut Athenis, a viliore quoque hominum sorte. Conuiuiis his vt plurimum graecum *symbolarum* nomen Romae datum, hoc vero in codicibus Terentii et Plauti saepe cum altero *symbolorum*

D 2

b) libr. 17. noct. Attic. cap. 13.



bolorum permutatum fuit. Factum vero id est non solum in omnibus fere supra a nobis adlatiis vtriusque scriptoris testimoniis, ut HENRICVS STEPHANVS i) probe iam obseruavit, sed etiam in libris manu exaratis GELLII, inque his eius verbis k): tales apud Taurum symbolae, taliaque erant secundarum mensarum, ut ipse dicere solitus erat, τραγυμata, quae librariorum nonnulli, incuria aut inscitia, mutantes, talia posuerunt *symbola*. In quem errorem tanto facilius incidere potuerunt, si verum est, quod Stephanus coniicit, in nonnullis exemplaribus eos forte reperiisse *talia* fuerunt symbolae cest. quam quidem lectionem haud incommode vel ideo admitti posse, quilibet videt, quod vocabulum hoc in neutro positum, ea, quae antecesserunt, iunctim in se comprehendit, ἐνθυμητα nempe illa, quorum aliquot insignia exempla ex Tauri aedibus secum adulterat litterisque manda- uerat GELLIVS.

§. III.

Ac hanc quidem vtriusque vocabuli confusioneM hoc potissimum loco notare, tanto magis nostrarum esse partium duximus, quo minus ab eodem errore immunes ac liberi sunt

i) de abusu grecce lin. k) libr. vi. cap. 13. ad fin.
quae, p. 4. sq.

sunt doctores christiani, tum, quum rationem, quare professio illa fidei antiquae christiana*e* symboli apostolici nomen acceperit, ostendere volunt. Sic enim diserte AVGVSTINVS: symbolum comprehensio est fidei nostrae atque perfectio, simplex, breue, plenum, ut simplicitas consulat audientium rusticitati, breuitas memoriae, plenitudo doctrinae. Quod enim graece symbolum dicitur, latine collatio nominatur, collatio ideo, quia collata in vnum totius catholicae legis fides, symboli colligitur breuitate. Eodem fere modo, vt iam alio loco obseruauimus, RVFINVS m): symbolum graece dici potest collatio, et CASSIANVS n) symbolum ex collatione nomen accepit. Quis bonos illos scriptores vocabula *symbolum* et *symbola*, siue Graecorum σύμβολην et σύμβολον inter se confudisse, haud videt? Symbola est id, quod quisque conuiuantum ad eiusmodi communi sumtu instituendum conuiuium confert, siue pecuniae summam, siue cibi genus, ἀπὸ τῆς συμβάλλειν, eonuicere. Vnde collationis vocabulum apud AVGVSTINVM, RVFINVM et CASSIANVM non exprimit Graecorum σύμβολον, sed σύμβολην. Τῇ συμβόλῃ contra longe alia fuit ratio. Si enim inter amicos de eiusmodi conuiuio pa-

D 3 ctum

m) exposit. in *Symbol.* n) de *incarnat. domini*
apostol. §. 11. libr. v. p. 1272.

ctum et dies, quo conuenirent, praestitutus fuerat, solebant foederis huius conuiualis socii vel statim id, quod quisque debebat soluere, vel pignus quoddam, annulum in primis, ne fidem datam fallerent, relinquere. Id quod quisque ad hoc conuiuum proportione conferebat, συμβόλη, pignus contra, qualemque esset, σύμβολον dicebatur. Itaque τὸ σύμβολον non nisi pignus τῆς συμβόλης fuit. Probe hoc discrimen, quod supra laudati ordinis sacri patres neglexere, vident et animaduertit non solum HENRICVS STEPHANVS^o; sed etiam CASAVBONVS^p), FRID. TAVBMANNVS^q) aliique phures. Ex quo supra in medium adlata TERENTII^r) verba facillimo quisque negotio intelliget. Coeunt apud ipsum adolescentuli aliquot in Piraeo, ut de symbolis sint, siue ut communis sumtu parata coena, data a quolibet συμβόλῃ, sese oblectent. Verum tum συμβόλη ante non exigitur, Chaereas praeficitur huic negotio, dantur annuli, ac hi quidem sunt, qui, quum pignoris loco dantur, τῶν συμβόλων nomen in priscis scriptoribus habent.

^o) de abusu linguae graecae loc. mem.


^q) nor. in Plaut. p. 957.

^r) eunuch. act. III. sc.

^p) animadu. in Athen. 4. v. I.
p. 224.

V
DE
S P O N S I O N V M
SYMBOLIS
A P V D V E T E R E S

S P O N S I O N U M
S Y M B O L I S
A P A D V E T E R R A S



§. I.

VOCA BV LVM σύμβολον in graecis
pariter ac latinis scriptoribus haud
raro ibi usurpatum cernimus, vbi
de pactis et sponsionibus sermo
est, aut de promissis, si horum fidem sym-
bolis firmare, necesse fuit visum. Videmus
simul in his veterum auctorum locis, ratio-
ne verborum συναφείας habita, vocabulum
hoc ea omnia complexu suo tenere, quae
arrhae loco a promittente aut sponsore tradi-
et exhiberi solent, ne sponsioni securitas,
aut promissioni desit fides. De pactis et
sponsionibus res satis nota est, eum, cui in
his aliquid promissum fuerat, a promitten-
te, antequam id, quod erat pactum, praesta-
retur, arrham, siue, uti vocabatur, symbo-
lum accepisse, annulique usum eam ad rem
omnium olim fuisse frequentissimum. Cu-
ius rei testem **PLINIVM** a) habemus. *Cele-
brator*

D §

a) *libr. xxxiiii. histoy. nat. cap. 6.*



bratior, inquit, *vſus (annuli) cum fenore coepiſſe debet.* Argumento eſt consuetudo vulgi, ad ſponſiones etiamnum annulo exſilente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior. Vnde factum, vt annulo per eminentiam συμβόλων nomen daretur, id quod eiusdem ſcriptoris verba luculenter conſirmant b): quamquam et de nomine ipſo ambigi video, Graeci a digitis adpellauere, apud nos priſci vngulum vocabant, poſtea et Graeci et noſiri ſymbolum. Cum quibus comparari debent illa THEOPHRASTIC): τάττετι δὲ τινες καὶ τὸν ἀρέσαβωνα πόσον δεῖ διδόναται, πρὸς τὸ πλῆθος τῆς τιμῆς μερίζοντες, ἀτοπον γὰρ, εἰὰν δακτύλιον δῷ τῶν δέκα ταλάντων, quae verba ſatis ſuperque non ſolum ea conſirmant, quae iam ex PLINIO de annulis probauimus, ſed etiam hoc nobis viidentur declarare, rationem in his ſponſionibus ipsarum rerum earumque pretii fuiffe habitam, ne annuli et rerum pactarum pretia nimis eſſent diſparia. Qua in re caupo-nes et tabernarii inprimis viidentur ſibi prouidiſſe, ne, quum parata pecunia praefto haud eſſet, acceptorum ſumma, pignoris, annulorum nempe, pretium ſuperaret. Eo refe-

b) libro laud. cap. 4. CASAVBONVS animaduerſ.

c) fragm. de forma et in Athenaeum, p. 225.
iure contractuum. Conf.

referenda esse duco verba ARISTOPHANIS apud ATHENAEVM d): ἐν τῷ ἀπενυλανκομένῳ σύμβολα τις ἀπαιτέμενος Φῆσι cet. σύμβολα vero ἀπαιτεῖσθαι dicitur is, qui soluto debito, pignus reddi sibi postulat, quod ille apud comicum facit, postquam coquis, omnia, quae adposita fuerant, cum tabula et calculis in rationem induxerat.

§. II.

Si annuli haud sufficerent, alia, quae pretio rei pactae responderent, arrhae loco data, quibus etiam τῶν συμβόλων nomen tributum esse, legimus, nominatim apud LYSIAM oratione de Aristophanis pecuniis: ἐλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τῷ μεγάλῳ Φιδίᾳ χειροῦ cet. Ac talia quidem σύμβολα securitatis caussa data sunt, ut, quum sponsor fidem falleret, neque promissis faceret satis, alteri fraudationis caussa pignore satis cautum esset. Aliud autem quodammodo symbolorum eiusmodi genus fuit, quum is, qui aliquid promiserat, non tam securitatis caussa paris pretii pignus tanquam symbolum daret, sed rem faepe nullius aut certe vilissimi pretii, ut symbolo hoc dictorum quasi veritas verborumque fides confirmaretur, vel ut tale symbolum signum esset

d) libr. III. dipnosoph. cap. 31. p. 117.



esset reī, de qua bini vel plures inter se conuenierant. PLAVTVS e):

ea cauſſa miles hic reliquit ſymbolum,
expressam in cera ex annulo ſuam ima-
ginem,
ut qui buc adferret eius ſimilem ſymbolum,
cum eo ſimul me mitteret.

Similem ſymbolum ait, nam veteres *symbolus*
et *symbolum* dixere, ut grammatici docent.
Alibi idem poeta f):

eo praefente homini extemplo oſtendit
ſymbolum

quem tute dederas ad eum, vt ferret filio.

Symbola autem eiusmodi erant vel imagines, cerae ex annulis impressae, vt paullo ante ex Plauto vidimus, vel tefſerae, quibus, vt recte ad nostrum locum monet TAVBMANNVS, tanquam ſyngraphis in pactis et promiſſionibus vti solebant veteres. Vnde ISIDORVS g) de eiusmodi tefſeris, veteres, inquit, quando aliquid ſibi promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes ſponſiones ſuas agnoscabant.

§. III.

AD hoc vero ſymbolorum genus tefſeras non ſolum ludorum publicorum, ſed etiam frumen-

e) pſeudol. act. I. ſcen. 3. v. 29.
I. v. 53.

f) Bacchid. act. II. ſcen.

g) lib. v. cap. 24.

frumentarias et panarias sub imperatoribus romanis summo iure referendas esse ducimus. Solebant imperatores ad sumtuosissimos ludorum adparatus dona quoque et munera adiungere. E loco nempe theatri superiore in populum tesserae ligneae spargebantur, in quibus scripta erant vestium, aureorum et argenteorum vasorum, equorum, vehicularum, mancipiorum idque genus alia nomina vel signa. Iactas tesseras populus audebat rapuit et, quod quisque in tessera habebat, signum, id dono accepit ab imperatore, ceruum, si cerui, equum, si equui, vas aureum, si vas aurei symbolum in tessera expressum erat. De qua consuetudine multa apud SVETONIVM, DIONEM et scriptores historiae augustae, cum quibus ex recentioribus scriptoribus, praeter alias, ARGOLVS *b*), BULLENGERVS *i*), PIGNORIVS *k*), TOMASSINVS *l*), RADERVUS *m*) sunt comparandi. Qui iussu imperatoris munera ipsa ad tesseras distribuebant, *tessellarii* dicti, ut ex hac inscriptione apud GRUTERVM *n*) patet:

SYM-

b) in PANVINIVM edit Patau.
de ludis circens. p. 80. edit,
Patau.

l) de tessellis boſp. cap.

XVI.

i) de venat. circi, cap.
XXIIII.

m) in Martial. p. 606.

k) de feruis, p. 155.

n) p. 10 LXXXVIII, 7.

SYMPHORO
TESSERARIO
SER. CAESARIS
DE. DOMO. GELO
TIANA. FECIT
PHILODESPOTVS
EX. HERMAEO
FRATRI B. M.

Ab his tesseris siue symbolis, tesserae *frumentariae* et *panariae* debent distingui, quae et *πάλαιροι*, *παλαιρια* olim sunt nuncupatae. Glossae veteres: *tessera*, *κύβος*, *σύντομον*, *σύμβολον*, *πάλαιρος*, cet. Harum tessera-
rum ope frumentum et panes sub imperato-
ribus inter milites et pauperes diuisi, vsque
ad Valentinianum et Valentem, qui titulum
aeneum in gradibus figi iusserunt, in quem
panis mensura et nomen percipientis incidi
debuit, vt ex *leg. V. cod. Theod. de annonis
ciuicis et pan. grad.* patet o).

§. IIII.

HAEC et alia eius generis symbola non
ideo data, vt is, qui ea acciperet, haberet
aequalis pretii pignus, quemadmodum su-
pra in alio symbolorum genere vidimus, sed
vt iisdem promissionis veritas tantummodo
confirmaretur. Qua in re egregius THEO-

PHRA-

o) de his tesseris fru- MASIVS ad Vopisc. Aurel.
mentariis legendus est SAL. p. 502. sq.

PHRASTI locus nobis venit in mentem, de quo ideo nonnulla hic monenda esse ducimus, quoniam, nostra quidem sententia, aliquid adhuc lucis videtur desiderare. Οὐ πάνενονμένος, inquit, τοιετός τις, οὗτος ὁμόσαι ταχὺ ···· καὶ εἰν Θάυμασι δὲ τὰς χαλκές εὐλέγειν, καὶ ἔπαισον παρείην, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον Φέρεσι, καὶ προΐην θεωρεῖν αξιεῖσι. Loquitur de ἀπόνοιᾳ, siue de eo misero hominis statu, qui omni rerum meliorum exspectatione priuatum destitutumque se videt, et quem talis desperatio, cum praua viuendi consuetudine coniuncta, eo adducit, ut nullo honestatis, verecundiae, pudoris et religionis sensu amplius tangatur, quiduis audeat, inque rebus, quamvis fordidissimis, haud erubescat, nil sibi, ratus, vel ad melius vitae genus prodesse, vel ad iniquioris fortunae, quae immineant, tela auertenda. Sic enim vocabulum ἀπόνοια apud THEOPHRASTVM interpretandum esse, CASAVBONVS p) egregie docuit. HESYCHIVS ἀπόνοιαν per ἀπολογισμὸν explicat, sine dubio, quod apud auctorem orationum contra Aristogitonem, quem vulgo DEMOSTHENEM esse credunt, ἀπόνοια τῷ λογισμῷ opponitur, recte quidem, quod talis homo omnem sanae rationis usum eierasse videtur, sed non sic, ut ideo ἀπολογισμὸς omnia com-

p) nos. ad Theophrastum p. 80. ed. exc. FISCHERI.

complexu suo teneat, quae verum τὸς ἀπονεοντέα constituant. Res ut sit, (quis enim, veteres grammaticos vocabulorum vim saepe nec exhaustire, nec feliciter ea interpretari, ignorat), ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ τὸν ἀπονεοντέον more suo sic describit, vt plurium huius miserae fortis hominum facta in vnum translaturus viuam quasi et expressam eiusdem imaginem nobis oculos sistat. Praeter alia, quae abiectissimi vilissimique homines facere solent, eum ἐν θάυμασι χαλκᾶς ἐκλέγειν, ait, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρεσι καὶ προίη θεωρεῖν αἰξίσσι. Quibus in verbis, vt quid σύμβολον sit, rite intelligamus, primum hoc tenendum est, fuisse olim, haud secus ac nostra aetate, circumforaneos inque his etiam ludicrarum artium artifices, qui spectatorum oculos manuum agilitate aut aliis rebus fallere, ipsaque hac fallacitate alias delectare solebant, θαυματοποιοὶ generatim a Graecis, a Latinis *praestigiatores* dicti, quod mirabilibus suis artibus sensus quasi hominum decipere didicerant. Eo pertinent, ne exempla defint, veterum Graecorum ψηφοπόιοι et ψηφοκλέπται, ἀρχίμιμοι, cybistetae, petauristae, petaminarii, neurospastae idque genus alii plures, de quibus nouimus Casaubonum singulari libro agere, eorumque discrimen ex priscis scriptoribus monstrare voluisse.

luisse. Deinde et hoc praetermitti haud
 debet, eiusmodi θαυματοποιίς non nisi in-
 fimae plebis oblectamentum apud veteres
 plerumque fuisse, honestiores contra ciues
 et quibus liberalior obtigerat educatio, pu-
 dorem quemdam deterruisse, quo minus se
 spectanti plebeculae immiscerent. Quare
 etiam lucar, vti vocabatur, admodum vide-
 tur fuisse exiguum, id quod cum ex specta-
 torum conditione, tum ex ipso THEOPHRA-
 STO coniicere licet, qui non nisi τὰς χαλ-
 κάς, *stipes aeneas, exiguum stipem*, vt APV-
 LEIVS ait, in nostro effato commemorat.
 Porro et hoc probe attendi velim, stipem
 hanc aeneam non, vt hodie plerumque, ante
 fores, sed postquam turba confederat, ante
 spectaculi initium collectam fuisse, eamque
 ad rem τὸν θαυματοποιὸν pauperioris cuius-
 dam, despici et contemti hominis, aut
 pueri, de infima plebe abrepti, ministerio
 esse usum, huiusque praemium fuisse, vt
 gratis spectare ludicas istas artes posset. De-
 nique et hoc ex nostro effato haud obscure
 colligi posse, arbitror, eiusmodi praestigia-
 tores amicis suis et quibus commendare se
 volebant, tesseras, σύρβολα ait THEOPHRA-
 STVS, donasse, quas ostenderent ad specta-
 culum admissi, ne χαλκολόγος ab iis lucar
 exigeret, sed gratis eos pateretur artifia eius-
 modi mirabilia contemplari. Quae quum
 ita sint, qua in re τὴν ἀπόφοιαν ponat THEO-
 E
 PHRA-

PHRASTVS, non sine causa quaeritur.
 Nisi nos omnes rationes fallunt, turpe
 et abiectum esse putat auctor noster, ciuem
 $\tau\acute{e}\nu\vartheta\alpha\mu\pi\alpha\tau\iota\chi\alpha\lambda\kappa\epsilon\acute{\epsilon}\pi\lambda\epsilon\gamma\epsilon\nu$, id est, se serui-
 lem in modum sponte emancipare eiusmodi
 vilissimis hominibus huc et illuc vagantibus,
 idque non ad famem forte explendam, sed
 ludi et ioci plebeii causa, et ut gratis spe-
 ctare talia, liberum ipsi esset. Απόνοιαν porro
 THEOPHRASTVS in impudentia illa ponit,
 qua talis homo, ut circumforaneorum ho-
 rum gratiam sibi adquirat, aliorum ciuium
 indignationem aduersus se concitare, qui-
 buslibet intromissis praesto esse et cum iis
 oboli causa rixari et contendere audeat.
 Quae interpretatio si vera est, eos Theo-
 phraesti codices veram tueri lectionem, arbi-
 tramur, qui vocabulum $\alpha\xi\iota\sigma\iota$ omittunt, sic
 ut verba $\nu\omega\pi\sigma\iota\alpha\vartheta\omega\sigma\iota\nu$ non ad spectato-
 res, sed ad $\tau\acute{o}\nu\alpha\pi\kappa\omega\eta\mu\kappa\acute{e}\nu\acute{o}\nu$ sese referant.
 Plane enim putamus hoc superfluum fuisse,
 si Theophrastus addidisset, fuisse in specta-
 toribus, qui sine lucari intromitti cupiissent.
 Id enim iam satis manifeste docent verba an-
 tecendentia $\tau\acute{o}\nu\sigma\acute{u}\mu\beta\omega\lambda\omega\vartheta\acute{\epsilon}\sigma\iota$. Omnes enim,
 qui secum eiusmodi tesseras adulterunt, tes-
 seras nempe, quas amicitiae et fauoris causa
 a praestigiatoribus illis acceperant, hi luca-
 ris loco tesseras ostensis, gratis interfuerunt
 eiusmodi plebeii spectaculis.

VI

DE

S Y M B O L I
APOSTOLICI
DENOMINATIONE

S Y M B O L I
A P O S T O L I C I
D E N O M I N A T I O N I

VI



§. I.

QVAE hactenus disputauimus, eo
potissimum spectant, vt, quare
christianae fidei professionibus
antiquis symbolorum nomen da-
tum fuerit, ex his disquisitioni-
bus innotesceret. Itaque de diuersa signi-
ficandi vi ac potestate, quae graeco voca-
bulo *σύμβολον* subiecta olim fuit, deque
eius diuerso vsu quinque singularibus com-
mentationibus disputatum ac simul monstratum
a nobis est, ipsum hoc vocabulum in
sacris pariter ac ciuilibus, tum et militaribus
rebus et negotiis olim fuisse usurpatum. Re-
stat, vt, quinam eius significatus prisca olim

E 3

chri-



christianis occasionem dederit, hoc vocabulum ad fidei profesiones traducendi, a nobis ostendatur. Quod argumentum in praesenti iam persequi, animus est.

II.

HABUND vnam esse vocabuli σύμβολον significationem, quam huc traxerint docti viri, satis arbitramur, ex iis patere, quae iam de hoc argumento a nobis dicta sunt. Quatuor vero istius vocabuli significatus excussimus, qui hic potissimum in censem venire videntur. Primum enim σύμβολα apud veteres signa illa vocabantur, quibus sacrae sodalitates, quae singulari numinis cuiusdam cultui sese addixerant, aut propter sacrorum mysteria coiuerant, a se inuicem distinguebantur, vt his ostensis palam esset, quibus aditus ad haec mysteria pateret, quibus deberet denegari, tum vero simul, ad quod quisque ordinis sacri genus pertineret a). Deinde hoc vocabulum ad castrensem usum est translatum. Ut enim milites se inuicem in pugna agnoscerent, ne socium trucidarent pro hoste, vt porro in stationibus vigiles exploratorum astutiam et insidias eluderent et cuius quisque partis esset, propter fraudem, explorarent, necesse visum, vt signa voce darentur,

a) vid. nostra de *symbolis veterum sacr.* commentatio,

tur, modo vocabula, modo breuissimae sententiae, ex quibus militi esset indicium, quo cum accedente sibi res esset, cum hoste, an cum socio et amico b). Idem porro vocabulum de illo conuiuii genere est usurpatum, quod communi conuiuarum sumtu aut cibis collatis parari olim solebat. Fuit nempe haec in Graecia consuetudo, ut amici animi exhibarandi caussa, commune quoddam conuiuium *ἀπὸ κοινῆς* instituerent, sic ut quisque suam *συμβολὴν*, prout nempe ea de re pactum antea fuerat, vel singulare cibi genus, vel pecuniam ad istiusmodi epulas, vtpote harum socius et particeps, conferret, quo factum, ut id ipsum, quod quisque adportauit, *συμβολὴν* diceretur c). Migravit haec consuetudo a Graecis ad Romanos, apud quos haud ab simile laetitiae conuiualis genus in usu fuisse, PLAVTI, TERENTII, CICERO^{NIS} aliorumque testimonia satis superque confirmant d). Denique et veteres de sponsionum, pactorum et promissionum symbolis olim usitatis loquuntur, hocque nomine omnia ea comprehendendi volunt, quae arrhae loco a promittente sponsorē tradi et exhiberi solebant, ne

E. 4

spon-

b) conf. commentatio terum Graecorum conuiua-
de symbolis veterum mili- libus.

taribus.

d) vid. commentatio de

c) qua de re agit com- veterum romanorum sym-
mentatio de symbolis ve- bolis conuiualibus.



sponsioni securitas, aut promissioni fides de-
esset e). Ac hi quidem sunt quatuor voca-
buli σύμβολον significatus, quorum alias aliis
placuit ad illustrandum eiusdem in antiquis
fidei christianaee professionibus usum. Vtrum
is, quem primo loco posuimus, praecipuam
priscis christianis doctoribus dederit occasio-
nem, hoc vocabulum ad salutaris doctrinae
capita traducendi, postea videbimus; iam eo-
rum sententiam excutiemus, qui huius de-
nominationis usum et rationem modo a mi-
litaribus, modo conuiualibus symbolis repe-
tere se posse, sibi videntur.

§. III.

NON negamus, fuisse olim, qui fidei pro-
fessiones eam ob caussam symbolorum nomen
aceperisse, sibi persuaderent, quod, ut in ca-
stris miles ab hoste, sic homo christianus,
qui legatorum Christi doctrinam amplexus
esset, a iudeo pariter ac iis, qui leuiticum
sacrorum cultum cum christianaee religionis
placitis confociari ea aetate voluerunt, rite
distingueretur. Quia in sententia RVFINVM
olim fuisse, haec eius verba haud obscure de-
clarant f): *symbolum graece indicium dici
potest. Indicium autem vel signum idcirco di-
citur*

e) hoc symboli genus *symbolis*,
excussum a nobis est, com- f) exp. in symb. apost.
mentatione de *sponsionum*, §. II. p. 565.
pactorum et promissionum

citur, quia illo tempore sicut et Paullus apostolus dicit et in actis apostolorum refertur, multi ex circumcisis Iudeis simulabant se esse apostolos Christi, et lucri alicuius vel ventris gratia ad praedicandum proficisciabantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nunciantes. Idcirco ergo istud indicium posuere, per quod agnosceretur is, qui Christum vere secundum apostolicas regulas praedicaret. Denique et in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam et armorum habitus par et sonus vocis idem et mos unus est, atque eadem instituta bellandi, ne qua doli subreptio fiat, symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quae latine vel indicia nominantur vel si forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat, si sit hostis an socius. Haec RUFINVS, qui utrum recte appellationis huius originem monstrauerit, an vero minus, quaerere hoc loco quispiam potest. Est aliquod similitudinis et comparationis genus inter militum veterum symbola et ea doctrinae christianaee capita, quae iunctim symbolorum olim nomen acceperunt. Utrumque enim symboli genus, cuius quisque partis esset, solebat manifestare. Verum, quod haud diffiteor, id unicum est, in quo fidei symbolum cum militari quodammodo conuenire videtur. Vnde mea quidem sententia

* * *

tentia hic vocabuli sensus omnem illam significandi vim, quae in christiana ciuitate subiecta illi olim fuit, neutquam exhaustire, neque id, quod vocabulo hoc indicare olim voluerunt veteres christiani doctores, complexu suo tenere, mihi videtur. Praeterea vel eam ob caussam vix mihi videntur prisci christiana ciuitatis antistites hoc vocabulum e castris veterum romanorum ad sacrum usum traduxisse, quod differentiam inter militaria et christiana fidei symbola longe maximam esse, quiuis facile perspicere poterat. Illa quoquis die mutationi obnoxia fuisse, et debuisse quoque per ipsam rei naturam mutari, nemo ignorat. Qua vero commoda ratione potuere unquam fidei professiones symbola nuncupari, in quibus veteres christiani constantiam et stabilitatem inesse voluerunt? Qui in castra descendere et ab his militares voces in sacerdorum cultum inferre potuerunt christiani, rerum bellicarum non solum ignari, sed ab his adeo tum abhorrentes, ut quiduis potius quam stipendia merere inque his vitam ducere mallent?

§. IIII.

ITAQVE fuerunt, qui a symbolis veterum conuiualibus symboli apostolici, ab hoc reliquorum appellationem repetendam esse, contendenter. Ad illud conuiuii genus, aiunt, quem-

quemque conuinuarum suam συμβολὴν vel partem epuli contulisse, eamdem fuisse rationem symboli apostolici, factum nempe esse, ut legati Christi, antequam Hierosolymis discesserint, eius doctrinam omnibus gentibus adnuntiatur, symbolum hoc conficerent, eo potissimum consilio, ut legatorum quisque in ipso docendi munere normam et regulam haberet, ad quam se suamque doctrinam fingeret et adcommodaret. Quod institutum ut rite perficeretur, quemuis apostolorum ad hanc fidei christianaे professionem singulare dogma tamquam συμβολὴν, contulisse, quod, iunctum cum reliquis, postea constituerit satis peruulgatam illam doctrinae apostolicae ἐπιτομὴν, quae *symbolum apostolicum* nuncupata fuerit. Ad quam, quae olim circumlata fuit, de symboli apostolici origine narrationem alludit non solum RUFINVS g), ac *symbolum*, inquit, graece dici potest collatio, *hoc est*, quod plures in unum conferunt, id enim fecerunt apostoli in his sermonibus in unum conferendo, quod unusquisque sensit, sed etiam CASSIANVS b), id quod haec eius verba declarant: *symbolum ex collatione nomen accepit.* Collatio autem ideo, quia in unum ab apostolis domini, quicquid per uniusversum

g) loco memorato

b) de incarnat. dom. libr. v. p. 1272,



uersum diuinorum voluminum corpus im-
mensa funditur copia, totum in symboli
colligitur breuitate. Pleniorem vero totius
rei narrationem apud AVGVSTINVM i) ha-
bemus, qui adeo, quid quisque apostolorum
ad symbolum hoc contulerit, scire voluit.
Sic enim ille: *Petrus dixit, credo in deum
patrem omnipotentem, Ioannes dixit, crea-
torem caeli et terrae, Iacobus dixit, credo
et in Iesum Christum, filium eius unicum,
dominum nostrum, Andreas dixit, qui con-
ceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria
virgine,* cet. sicque pergit singulorum apo-
stolorum συμβολῶν narrare, quod apud
ipsum Augustinum, qui velit, legat, taedet
enim nos, reliqua eius verba hic trans-
scribere. Ipsa vero sententia siue potius
coniectura de symboli apostolici nomine
huiusque prima origine et occasione omni
plane fundamento destituitur. Primum
enim vocabula συμβολὴ et σύμβολον aperte
inter se hic confunduntur. Quum autem pro-
fessiones fidei non symbolarum, sed symbolo-
rum nomen habuerint, absonum profecto vi-
detur, hanc, de qua disputamus, adpellan-
di rationem a conuiualibus veterum συμβο-
λῶν deducere. Confunduntur porro αἱ
συμβολαὶ conuiuales cum τοῖς συμβόλοις
conuiuantium. Si enim, vt iam alio loco
monui-

i) serm. cxv. de tempore, tom. x. p. 359.

monuimus k), conuiuum tale aere con-
ferendo, sed nondum collato, adparandum
erat, necesse fuit, vt illi, qui συμβολὴν
promiserant, ne fidem datam fallerent, illi,
cui conuiuii adparandi cura erat commissa,
pignus, in primis annulum, aut aliquid,
cuius pretium sponsioni securitatem prae-
staret, traderent. Tale pignus siue σύμβο-
λον reddebat, quum συμβολὴ ipfa tradere-
tur. Itaque σύμβολον pignus τῆς συμβολῆς
et haec ab illo diuersa fuit, quod non anim-
aduerterunt, qui *symboli* vocabuli usum
in fidei professionibus ab illis symbolis con-
uiualibus arcessendum esse, existimarunt.
Deinde vero, quod caput rei est, ipse mo-
dus conficiendi symboli apostolici, quem
haud absimilem fuisse aiunt eiusmodi ἀπό-
κριτι institutis conuiuiis, est commentitius,
et ad fabulas referendus, id quod omnes ra-
tiones luce clarius ostendere videntur. Qui
enim, quaeso, potuissent scriptores sacri rem
tam memorabilem silentio praeterire, LVI
cas praesertim, qui primas res, a Christi
legatis Hierosolymis gestas, admodum solli-
cite litteris consignauit? Tale symbolum ab
apostolis vniuerso coetui christianorum pro-
positum, si extirisset, eodem iure in συλ-
λογὴν librorum sacrorum posterioris foederis,
quo

k) *comm. de symbolis ve-*
terum graecorum conuiua- libus, p. 40. 41.



quo reliqua apostolorum scripta, referri debuisset. Quidni eiusmodi fidei christiana formula ipsis primorum post seruatorem natum seculorum doctoribus cognita esse debuisset? sed prorsus ad unum omnes de eatacent, ipsi adeo illi scriptores, qui, dum apostolorum scripta vitae et fidei nostrae normam et regulam esse volunt, praeceteris necesse habuissent, huius symboli apostolici mentionem facere. Idem tenendum est de priscae ecclesiae synodis et conciliis eorumque de fidei doctrina decretis, in quibus prodigii paene loco fuisset, si existisset symbolum ab ipsis apostolis concinnatum, neque eiusdem vel in unico eorum facta esset mentio. Verum et hic ne verbo quidem vel ullum symboli illius apostolici vestigium reperimus. Accedit etiam hoc, quod posterioris aeui scriptores, qui primi aliquid ea de re litteris consignarunt, tantam fidem non habent, ut eorum testimonii tuto inniti licet. Sic ad AMBROSIUM 1) ea in re prouocare solent, qui huius narrationis veritatem defendere olim studuerunt. *Duodecim*, inquit, *apostoli velut periti artifices in unum conuenientes, clauem suo consilio conflauerunt, clauem enim ipsum symbolum dixerim, per quod reserantur diaboli tenebrae, ut lux Christi adueniat.* Ambrosii autem aucto-

1) tom. III. serm. 38. p. 265.

auctoritas non eius profecto est ponderis, ut
 hac in causa aliquid efficiat, in rebus pae-
 fertim, quatuor paene seculis antea gestis,
 tacentibus hoc temporis interuallo omnibus,
 qui ante ipsum vixerunt, scriptoribus; ne
 de suspecta ipsius orationis fide dicamus, in
 qua supra recitata verba habentur, quamue
 aliis ingenii fetum esse, haud paucae, quae
 id suadeant, adsunt rationes. Eiusdem fere
 conditionis sunt scriptores, qui AMBROSI
 aetate et post ipsum floruerunt, viri boni
 quidem et probi, sed maximam partem ni-
 mis creduli et debita rerum veritatem et fi-
 dem diiudicandi facultate destituti. Nihilo
 minus et in his quoque, qui ad credendum
 aliis haud difficiles se ostendunt, reperiuntur
 nonnulli, qui non, quae facta, sed quae
 narrata ab aliis sint, litteris se prodere, faten-
 tur, hocque ipso, videri sibi rem ipsam du-
 biam et suspectam, haud obscure declarant.
 Itaque R V F I N V S m), ut omnes rationes
 ostendunt, tradere hoc, non sine causa ait,
 maiores, nec, quae narrare iam velit, cer-
 ta, vera et extra omnem dubitationem po-
 sita esse, pronuntiare audet. Tandem et
 hoc tenendum est, antiquiores christiano-
 rum societas tam in oriente quam occiden-
 te variis se symbolis addixisse, quae non so-
 lum in se fuerint diuersa, verum etiam sym-
 bolo

m) loco memorato.



bolo apostolico copiosiora. Iam vero a nobis hoc non impetrare possumus, ut credamus, veteris ecclesiae doctores modo hoc, modo aliud symbolum amplexos esse, si habuissent aliquid, quod ab ipsis seruatoris nostri discipulis et legatis vno quasi ore, vna sententia et vno consensu fuisse confectum, ab apostolis inquam, qui familiari ac diuturna cum domino suo consuetudine iuncti, omnium optime salutaris doctrinae, fidei et vitae christianaee capita tradere eaque in breuem summam, vt in symbolis fieri debet, contrahere poterant.

§. V.

Qvis non videt, quam infirmo, quam lubrico fundamento eorum sententia innitatur, qui symbolum apostolicum a symbolis veterum conuiualibus nomen accepisse, sibi perfauserunt. Rectius profecto sentiunt, qui ea in re sacrarum apud veteres sodalitatum symbola primam occasionem dedisse, autumant, eiusmodi doctrinae christianaee capitibus symbolorum nomen adsignandi. Hoc enim profecto negari non potest, fuisse in eiusmodi veterum mysteriis et sacris conuentibus haud pauca, quae, cum symbolis illis comparata, aliquod similitudinis genus, quod certe haud longe petitum est, efficiunt. Ac id quidem vt breuiter ostendamus, necesse

cesser esse videtur. Qui eiusmodi sacrae societati, quae propter cultum numinis cuiusdam coire solebat, nomen dare voluerunt, his certa vitae pariter ac fidei secretae norma, quae *symbolum* dicebatur, praescribebatur, ad quam se se adstringerent, sanctissimeque, se eam seruatuos, neque unquam ab ista discessuros, pollicerentur. Hac fidei arcanae regula quodlibet sodalitatis genus a reliquis se se discernebat, nec quisquam ad ipsa sacra admittebatur, nisi qui eam doctrinam, quam quaevis suam fecerat, fuerat amplexus ⁿ⁾. Nolumus iam in id inquirere, utrum hae sacrae sodalitates, quarum dogmata in mysteriorum loco numeroque habebantur, se plurimum numinum cultu abdicauerint, ideoque placita sua in vulgus emanare haud passi sint, ne superstitionis plebis odia incurserent; hoc tamen negari nequaquam potest, quidquid etiam crediderint aut fecerint, ipsam instituti rationem, quodammodo saltem, conuenisse cum eiusmodi symbolis, quae fidei et doctrinae cuiusdam professionem complectentur. Illis, qui mysteriis sacrorum initiari cupiebant, dari solebat certa et recepta fidei ac vitae regula. Eadem fuit consuetudo veterum christianorum, ut, qui seruatori nomen dare eiusque

F reli-

ⁿ⁾ videatur de hoc tio de *symbolis veterum* argumento commenta- *sacris.*



religionem amplecti vellent, ad salutaris doctrinae capita, ex quibus postea eiusmodi symbola originem duxerunt, adstringerentur. His symbolis non solum christiani homines a iudeis et plurium numinum cultoribus, sed postea quoque in ipsa christiana ciuitate plures coetus, a se inuicem haud vna ratione discedentes, discernebantur. Quis vero non videt, in sacris illis arcana eamdem fymbolorum rationem eundemque usum fuisse? Ad ipsos sacros conuentus nemini nisi initiato aditus patuit, id est, illis, qui sacrorum illorum symbola acceperant, hisque se ad certam vitae ac fidei normam adstrinxerant. Idem dicendum est de veterum christianorum sacris et mysteriis, ad quae nemo admitti solebat, nisi praeparatus et sacro fonte ablutus, id est, rite et, uti par erat, initiatu.



is
o-
e-
ni
m
i-
n
l-
is
n-
-
d
e-
ei
st
s,
-
z,

2f 1532

VD 18

ULB Halle

008 345 031

3



23

m.s.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches



ANTIQUITATES YMBOLICAE

QVIBVS

YMBOLI APOSTOLICI

HISTORIA



ERN. IMMAN. WALCHIO

RENISS. SAXO-VIN. ET ISENAC. CONSILIA-
O AVLICO, ELOQVENT. ET POES. PROF. PVEL.
ORD. IN ACADEMIA IENENSIS

IENAE

MTIE. CHRIST. FRID. GOLLNER

1881 CCICIC